

R. 25.681

MEDITATIO-  
NES GRAECANI-  
CAE IN ARTEM  
GRAMMATI-  
CAM,  
\*

In eorum gratiam, qui uia præceptoris  
uoce deſtituuntur, & literas Græcas  
ſuo iþi ductu diſcere coguntur,

N I -  
COLAO  
CLENARDO  
AVTO -  
RE,

VIRTVTE DVCE,



COMITATIVA.



L V G D V N I A P V D S E B.  
G R Y P H I V M,  
1548.

# H V M A N I S S I M O S I.

M V L' Q V E D O C T I S S I M O

uiro, Iacobo Cantæ, Reuerendissimi D. Cardi-  
nalis Campegi summo Cubicula-  
rio, Nicolaus Clenardus

S. P. D.

A E P E N V M E R O mibi uenit in mentem,  
eiusmodi libellum conscribere, qui Græcæ linguae  
studiosis, post primum Grammaticæ gustum, tan-  
quam præceptoris instar esset, si quando uiuæ no-  
cis penuria laborarent. Atq; id consilio non defuerunt qui pro-  
barent: Nihil tamè æquè confirmauit, ut tuum doctissime Cantæ  
iudicium. Cum enim nuper Bruxelle de literis ageremus, ope-  
ræ pretium futurum credebas, si rudimentarijs istis Tyronibus,  
scriptor quispiam Græcus ita legendus proponeretur, ut singu-  
li uersus uerborum thematis insignirentur. In illis enim riman-  
dis miserè plerosque angi, quibus hac ratione scrupuli omnes  
eximi possent. Ibi me illico minus iam propositi pœnitere co-  
pit, sed quasi oraculi autoritate permotus, inchoatum alioqui  
opus absoluere statui, eodem ferme filo, quod tua prudentia  
demonstrasti. Mitto itaq; istuc Meditationes Græcanicas, ea q;  
sub nominis tui auspicijs editas, ut quisquis inde fructus ad stu-  
diosam iuuentutem manauerit, cum totum propensiissimæ tuæ  
uoluntati acceptum ferat, Deumq; precetur, ut quod præterea  
de iuandis bonarum artium studijs animo concepisti, felicem  
sortiatur exitum. Mibi certè pro effusissimo isto in literatos  
homines amore, augurari libet, et omnari licet, orbem ali-  
quando sibi gratulaturum, de preclaris Iacobi Cantæ meritis.  
Bene uale uir integerrime, et Campegi am familiam litera-  
rum gloria, quod strenue facis illustrare perge. Louanij Anno  
M. D. xxi. xii. Calend. Iulias.

MEDITATIO-  
NES GRAECANI-  
CAE, IN ARTEM  
GRAMMATI-  
CAM,  
AVTORE NICOLAO  
CLENARDO.



RAMMATICORVM *præcep-*  
*ta, que discendi linguis destinata sunt,*  
*ita demum utilitatem adferunt, si & me-*  
*moria fideliter conseruentur, & iugi medi-*  
*tatione, exhibito iudicio, tanquam reno-*  
*uentur. Qua quidem in re tantum est mo-*  
*menti, ut hic eos peccare potissimum cre-*  
*dam, quicunq; studia linguarum infeliciter auspiciati sunt. Vi-*  
*deas plerosq; annos aliquot in quibus suis pañim obuersari au-*  
*ditorij, noctes diesq; Grammaticos euoluere, professorum di-*  
*etati religiosissime describere, & breuiter, omnem (quod dici*  
*solet) mouere lapidem, ut artis quam seclantur omnes canones*  
*intelligant, cum interim tot consumptis laboribus, ne id quidem*  
*sint asequuti, ut uel nominum teneant Declinationes, uel uer-*  
*borum Coniugationes. Vsq; adeò quosdam transuersos agitat*  
*inconsulti illa discendi libido, nouorum semper & incognitorum*  
*aviditate sollicita. Itaque non immerito graues sape uiri,*  
*Paulino more, illud istis occinere solent, Semper discentes, &*  
*nunquam ad scientiam ueritatis peruenientes. Indignum enim*  
*arbitrantur pretiosi temporis magno diffendio, linguam, aut*  
*Graciam, aut Hebream affectare, cum tot sint alioqui artes*  
*egregiae, & mortalium usibus per quam necessarie, in quibus*

# MEDITAT. GRAECANICÆ

summa cum laude uersari possis. Neq; tamen stultorum mores  
 plus ualere debent, quam prudentum industria. Quin potius  
 errantes in uiam reducere conuenit, & grassanti latius malo  
 præsentaneum remedium adferre. Quapropter iam nuper In-  
 stitutionibus in linguam Græcam editis, ubi quicquid eò perti-  
 neret, breuiter præcepi, opera & pretium me facturum esse credi-  
 di, si discipulorum infirmitati, & temerariæ illorum sedulitati,  
 curam consiliumq; pro uirili parte præberem, qui sursum ac  
 deorsum citra delectum uarijs lectorib; auferuntur, multi-  
 rum quidem horarum iactura, sed fructu exigo. Atq; animū 10  
 induxi, ut libellum aliquem rudi Minerua conscriberem, ubi  
 Græcarum literarum candidatis, tanquam uocem præceptoris  
 uiuam imitarer: ut haberent qui iam rudimenta percepissent,  
 quid sequi, quid fugere deberent. Delecta siquidem epistola  
 Divi Basilij, nihil intactum reliqui, quod ad istas minutias per-  
 tineret, quæ primò discenda essent, quæ contrā in præsens omit-  
 tenda, & in posterum seponenda, quam potui fidelissimè com-  
 monstraui. Neque ab hoc instituto duxi alienius esse, uerbulis  
 singulis anxia quadam & barbara superstitione suum addere  
 interpretamentum, nihil ueritus, ne in calumniam raperetur, 20  
 quod parvulus & balbutientibus ipse quoq; me balbum præfli-  
 tisem. Sed id timens suam unicuiq; sententiae uersionem Latini-  
 nam, ut eam edidit Budæus: partim ne quis nostris modò conse-  
 etis, inceptam & illatinam interpretationem, ut æquum est, ir-  
 rideret, partim ut collatis inter se linguis, propria utriusq; 25  
 phrasis agnosceretur. Placent alijs alia, nūbi hæc uisa est Epis-  
 tola mirum in modum idonea, quæ per omnes (ut ita dicam)  
 syllabas, exactè et diligenter excuteretur: propterea quod præ-  
 ter elegantissimam dictionem, & dignam uiro graui uenustet-  
 tem, optimis monitis Christianos mores componit, sine quibus 30  
 perniciosem est quicquid usquam literarum ediscitur. Proinde  
 cui in animo sedet nostro consilio ut, ubi summa Grammatices

# IN ARTEM GRAMMATICAM.

compendio paruo fuerit assecutus, nominum uerborumq; inflexionibus, quantum sat erit, degustatis, statim has legat Meditations, neq; aliò se conuertat, priusquam totum Epistolam per tractauerit, & pensiculando uestigandoq; sic locis omnibus rationem à se ipse postulauerit, ut citra moram quicquid occurrerit, diluere possit, nihil inde proferatur uel minimi momenti, quod non ad suum thema tanquam ad originem referre queat. Nam eiusmodi exercitatio unum aliquem in libellum confenda est, ne perpetuò ad eandem revoluare molestiam. Sed iam, exposita nostri propositioratione, Basiliū ipsum loquenter audiamus, cuius est Epistola ad hunc modum inscripta:

Ἐπιστολὴ τῷ Μεγάλῳ Βασιλέᾳ, πλευρᾷ ἑγιον Γρηγόρου  
τῷ Θεόλογῳ, πολὺ δὲ καὶ ἔργοντας σταύρων.

Epistola Magni Basiliū, ad sanctum Gregorium  
Theologum, de uita in solitudine agenda.

Ecesserat uero Basilius in Pontum, natusq; locum contemplationi appositum, eodem Gregorium pellicere studuit, misis ad eum literis, in quibus amoenitatem secessus graphicè depingit, & laudat. Cumq; is respondisset, regionis indolem non magnopere spectandam, ubi de lucro pietatis ageretur, & simul uideretur istiusmodi illecebris non adducendus, ut ipse quoque in Pontum migraret: ibi Basilius, occasione oblatā, pulcherrimam rescripsit epistolam, quam sic aufficatur:

## B A S I L I V S.

Ἐγένωμεν τὸν ἐπιστολικὸν, ὃν δρόμον τὴν φύλακα  
παιδαρίας ἐκ τῆς ἐπιφανομένης αὐτοῖς ὁμοίωσίς  
πλευρὰς τεκόντας ἐπιγνώσκει.

Verbum uerbo redditum.

Agnoui tuam Epistolam, ut qui amicorum proles  
ex apparente in eis similitudine ad parentes agnoscunt.

## MEDITAT. GRAECANICAE

Interpretatio Budæi.

**S**ic tuam Epistolam agnoui, ut iij facere solent,  
S qui amicorum liberos ex similitudine in ipsis  
conspicua agnoscent.

## S C H O L I A .

**H**unc uertendi ordinem ad finem usq; seruabimus, & ubiq;  
adiectis scholijs quoties opus erit, ad nostras Institutiones  
lectorem renittemus, ad scripto paginæ numero, eoq; mi-  
nimè fallaci. Nam tametsi superiore anno, & fermè primo ab 10  
editione, supra quatuor millia excusa sint exemplaria, tamè se-  
duò curatum est, ut omnes libri paginis inter se conuenirent.  
Quod si quādō præsentis opusculi locum citauerimus, Codicem  
adducemus, alphabeti literis insignitum, & additis numeris.  
Hec igitur præfati, Meditationes Graecanicas incipiamus. 15

Vox epistola prima est ἐπέγνωψ γνώστω, id est, nosco:  
compositum autem ex præpositione ὡδι, est ἐπιγνώσκω, hoc  
est, agnosco. secundus Aoristus actius uerbi γνώσκω, est ἐγνωψ,  
à uerbo in μι Tertiæ coniugationis γνῶμι, cuius Futurum  
pri. est γνώσω, à primitivo themate γνῶ. unde secundus Aori- 20  
stus actius ἐγνωψ. ut δίδωμι, Futurum δώσω, Aorist. secund.  
ἐδωψ, cuius formationem quere in Institutionibus, pa-  
gina 76. uersu 13. Sic à γνῶμι, Fut. γνώσω, Aorist. secund.  
ἐγνωψ, compositum ἐπέγνωψ, ex præpositione ὡδι, & ἐγνωψ.  
Abiiciunt enim præpositiones ultimam uocalem, quoties præ- 25  
figuntur uocalibus. pagina 24. uersu 28.

Σου τὸν ἐπιγόλωψ σχ, Genitiuus est pronominis primitiu,  
secundæ personæ, σὺ, σὺς, tu, tui, &c. Vsurpant uero Græci Ge-  
nitiuos primitiæ speciei, ubi Latini per possessuum loquun-  
tur, tuā Epistolam dicentes, non tui Epistolam: illi autē σὺ τὸν 30  
ἐπιγόλωψ: quanquā & possessius utantur, ἐπιγόλωψ τὸν σὸν.

Ἐπέγνωψ σχ] Ex encliticis est σχ, idcoq; deſtituitur proprio

# IN ARTEM GRAMMATICA M.

accentia pag. 127. uersu 25. Enclitica uero non semper accentum remittunt in precedentem dictionem, sed quandoq; solùm ipsum amittunt, à *βάρικ τε, πάροστεσικὴ πέντε ωραίας*. id quādō fiat sensim ipse obseruabis reperies σῶμα ὡς, non autem  
 5 λόγος ὡς: recte tamen διλάσσωνται σχ., σώματα σχ. Nam uocabula προπεριστάθησαν, id est, quæ penultimā circunflectunt, aut προτερογένετοροι, id est, quæ accidunt antepenultimam, ea dictionis Encliticæ suscipiunt accentum, non autem προτεροτεχναι, id est, quæ accidunt penultimam. Tametsi quod ad accentum pertinet, securum adhuc esse præstat, neq; multi m de his rebus angi, priusquam in Declinationibus & Coniugationibus probè uersatus fueris, & Casuum ac Temporum terminaciones exacte perdidiceris. Tum deniq; ad accētus rationem ueniendum erit, & in eo diebus aliquot consumenda meditatio, reliquis  
 15 omnibus omībis: scilicet ut ex animo & serio quod agendum est, agas. Quandoquidem re ipsa comperi, plerosq; in his literis cum plurimum temporis contriuissent, tamen uix tandem ad eam frugem peruenissent, ut iustum Grammatices cognitionem nacti essent, non aliam ob causam, nisi quod statim omnia si-  
 20 mul nosse noluerint, & nulli tamen rei totos sese dēdere. Atque illud uel maximè linguis prouehendis impedimento consuevit esse, dum uiri alioqui boni, sed è quorundam moribus hæc studia aestimant, putantq; linguis singulis seculum esse tribuēdum: cum tamen si quis recta ratione rem instituat, non modo Græ-  
 25 cam & Hebream, sed & Chaldæam & Arabicam ita nosse possit, ut reliquis disciplinis percipiendis nihil prorsus officiat, sed maximè proficit. Proinde, ut ad nostrum institutum recurrat oratio, sic formari uelim discipulum, ut primus labor impendatur Declinationibus & Coniugationibus, etiam negle-  
 30 citis Accentibus, nisi si quid obiter suapte industria notarit: deinde se in autore quopiam exerceat, & singulas minutias executiat, quemadmodum in Epistola præsenti facere cœpimus.

# MEDITAT. GRAECANICA E

Vbi hoc scopo sibi proposito, iam istam partem satis asscutus erit, mox alienam curam suscipiat, de Accentibus, aut de Syntaxi, dissimilatis interim illis, quæ hic non pertinent. Itaque suaserim, libellum aliquem huic exercitationi designatum, non semel tantum euoluere, uerum toties à capite ad calcem usque perius trare, quoties nouam prouinciam capessas: ita enim futurum est, ut & vetera, quæ iam didiceris, relectione confirmentur, & animus presenti negotio detenus, minus distrahatur alienis.

Τὴν ἐπιγολὴν τὸν, Accusatiuus fœmininus articuli pre- 10 positiui, ἡ, Ἄ, τῆ, τῶν. Adhibent autem articulum fermè singulis dictionibus, interdum certitudinis gratia, interdum etiam ornatus causa, de quo pagina 83. uersu 4.

Ἐπιγολὴν] Accusatiuus singularis, ἡ ἐπιγολή, Secundæ declinationis, ut ἡ τιμή, τὸν ἐπιγολὴν, ut τὸν τιμέν. Articulus 15 additus facile commonstrat nominum genus, numerum & casum: quod si defuerit, adhito Lexico planum fiet: nam ceteri casus cum Nominatio principalem syllabam habent eandem. At in uerborum temporibus alia est ratio, propter augmentum. Cum uero dicatur ἐπιγολή, & ἐπιγολὴν accentu acuto, hic 20 grauis positus est, τὸν ἐπιγολὴν. Dictiones enim acutæ, nisi ponantur in fine periodi, & sententiam claudant, mutant acutum in grauem ob consequentem dictionem, pagina 123. uersu 3.

Ὥως ερ] ut, quemadmodum: similitudinis aduerbium, idem significat ὥς. Est enim in plerisq; περ, adiectio syllabica, ut 25 etiam in Articulis subiunctiuis. Ὅως ερ, οὐ πότε, δύποτε, pagina 83. uersu 2. Nemo uero sibi molestiam asciscat, in memorandis Aduerbiorum uarijs significandi modis, aut Coniunctionum potestatibus, ut norit quas Expletivas dicere debeat, quas Rationales, aut Causales. Illud pro partibus orationis, quas uocant Indeclinabiles, satis fuerit, ut quando occurrent in autribus, significationem & usum obseruet.

# IN ARTEM GRAMMATICAM.

1] qui articulus subiunctivus, functus officio relatiui, pagina 82. uersu 10. quod si scribatur sine acceniu oī, Prepositivus erit, qui non conueniret uerbo ἐπιγνώσκει, sed participio, oī ἐπιγνώσκοτες, id est, agnoscentes. at oī ἐπιγνώσκοτες, qui agnoscunt.

Tos τῷ φίλῳ πᾶσας] amicorum liberos. Inter articulum dictio regentis, & ipsam dictio regentem eleganter collocatur dictio recta cum suo articulo, τὸς τῶν φίλων, liberos amicorum, τὸς τῷ φίλῳ πᾶσας, amicorum liberos. Sic reliqua particulae, ut Præpositio cum casu, aut Aduerbiū, uenustè ponuntur in medio, τῷ μὲν ἡμῶν βίοι: τὸς οὐρών καθάροις: cuiusmodi sunt apud Latinos, ubi inter adiectuum & substantiuum quipiam interseritur, Temperatum orationis genus, Summam doctoris autoritatem, &c.

15 Tῷ φίλῳ ] articulus indicat esse Genitium pluralem, à Nominatio Tertiæ declinationis ὁ φίλος, amicus: ut, ὁ λόγος, τὸς λόγων, τῷ φίλῳ. Semper uero Genitius pluralis desinit in ων, in omni declinatione: ideoq; inde certum Nominativum nō licet colligere, nisi consulto Lexico, aut præceptore.

20 Tὸς πᾶσας] proles, liberos. ὁ καὶ οἱ πᾶσι. τῷ καὶ οἱ των πατέρων, Quintæ declinationis Accusatiuus pluralis τὸς τῶν πατέρων, accentu habens in priori syllaba, cùm tamen Genitius πατέρων ultimam acuat, de hoc pagina 126. uersu 20. cur etiam πᾶσας circunflectatur, non autem acuatur, dicendo τῶν πατέρων, notatum pagina 125. uersu 20. in ἑταῖροι.

Ἐν οἱ ἐπιφανεύειν] ἐπιφανεύειν, & ἐπιφανεύειν, idem significant: sed hoc ante uocalem, οἱ ἀντί, ex ipso: illud ante consonantem, οἱ των πατέρων, ex patre. Præpositionum significata, regimen, & usum disces optimè legendis autoribus, & doctorum interpretationibus, quales ætate nostra duos insignes uidimus, Erasmus & Budæum. Quod si cui libebit alieno magis frui labore, non habeo consilium expeditius, quam ut ipsius Budæi

# MEDITAT. GRAECANICAE.

commentarios, ubi de Præpositionibus accuratissimè scripsit, diligenter perlegat: præsertim si iam in literis grandior sit, et plusculum nactus fuerit iudicij. Alioqui in firmioribus et rudi bus commodum erit Lexicon illud, quod nuper Parisijs excusum est opera Gerardi Morrhij: qui sedulò studuit, ut iuuentus in promptu posita haberet, et suo loco, non modo que tradidit Budæus, uerum etiam quæcunq; ex aliorum monumentis apiculæ in morem collegit.

Ἐπιφανομένης] φάνη, compositum ἐπιφάνω, ostendo, passiuum ἐπιφαίνομαι, ostendor, appareo, relucco, et conspicuus sum: nam crebrò passiva Græcorum reddimus per neutra Latinorum, aut contrà. Licet enim eandem rem diuerso nominare contingat idiomate, tamen que uocantur apud Grammaticos partium orationis accidentia, Genus, Numerus, Figura, et huiusmodi, ea non semper conueniunt: ut, nos dicimus in plurali, 15 Diuitiae diuitiarum: illi singulariter, δ πλάτη, τ πλάτης: nos deponentis uoce Furor, illi uoce actiua κλέπτω. Sic non mirandum, cum illi dicāt, ἐπιφαίνομαι, sub uoce passiva, nos interpretemur nō solum ostēdor, siue uideor, sed etiā appareo, relucco, et etiā per circumlocutionem, conspicuus sum. Igitur ab ἐπιφανομένη fit participiū δ ἐπιφανόμενη, qui ostenditur, apparenſ: aut si per nomē reddere uelis, conspicuus. Fœmininū n̄ ἐπιφανομένη, Secundæ declinationis, Genitiuus τ ἐπιφανομένης.

Ἐπιφανομένης αὐτοῖς] apparēte in ipsis. Composita regunt casum præpositionis, uidi Datiuo iungitur, significans idē quod 23 in: proinde uerbum compositum Datiuūm habet, ἐπιφαίνομαι αὐτοῖς, reluceo in ipsis: nam absurdā fuerit imitatio, Inappareo ipsis, quod uerbum Latinus non agnoscit. Quo factum est, ut in uersione presentis Epistole, non sic uerbum uerbo reddere potuerimus, quin interdum cogeremur minus esse inepti, 30 dam saltem Latinis uocibus utistudemus, et si peculiarem linguae phrasim neglexerimus. Ideo uerimus, Apparente in ipsis:

# IN ARTEM GRAMMATICAM.

non autem, Inapparente ipsis.

Avtōis] Datius pluralis pronominis autōs, de quo pagina 80. uersu ultimo.

Όμοιότη̄] ὁμοί̄ similis, καὶ ὁμοίθε̄, similitudo, & δημοιότη̄. Adiectua in os, formant substantiua s̄cēnūnī generis in étns, quorum Genitiuus in étn̄; pag. 13. uers. 21.

Όμοιότη̄] πρὸς τὸς τονόντας] Obseruabis dictiones, quae significant conuenire, consenire, similem esse: aut contrā, disidere, dissentire, pugnare, &c. præpositioni τῷ πρὸς adiungi: exempla notabis, ubi inciderint.

Πρὸς τὸς τονόντας] Præpositio πρὸς, cum Accusatiuo.

Τὸς τεκόντας] τίκω pario, secun. Aorist. ētēnep ab inusitato uerbo τίκω. ab ἔτονος Participium ὁ τονόπ, τὸ τοκέν̄. Accusatiuus pluralis τὸς τονόντας, id est, eos qui genuerunt, aut pepererunt, nemp̄ parentes, quod tamen est nomen, non participium. Habent autem Græci in omnibus uerbis, omnium temporum Participia: Latini nō item. Cūm sit igitur τεκόντας participium Aoristi secundi, & significet Præteritum, necesse est nos circumloqui per uerbum & relatum, τὸς τονόντας, eos qui genuerunt. Nam à uerbis actiuis, ut sunt pario, gigno, non fiunt participia Præteriti temporis. Ideoq; si uelimus adhibere periphrasim, & tamen una tantum uoce reddere, uel rationem Temporis negligimus, & utimur participio presenti, gignentes, parientes: aut eius loco Nomen ponimus parentes, genitores. Idem facito in ceteris: ut si quando Latinum partcipium eiusdem temporis non reperiatur, inuenias nomen quod saltem significatione consentiat: sicut à uerbo κτίσω, Futurum, κτίσω, Aoristus primus ēn̄sas, Participium ὁ κτίσας, qui creauit: pro quo uerte, creatorem.

Ἐπιγνώσκοι] agnoscunt, tertia pluralis, ab ἐπιγνώσκω.

B A S I L I V S.

Τὸ γαρ μὴ μέγα εἶναι φῆσαι τίλη τῷ πέποντε-

α α ιι σκευή

Participii  
præteriti in-  
terpretatio.

# MEDITAT. GRAECANICAE

σπενήν, πέρι τὸ ἐμποιῆσαι δέμην ὥνα τῇ Φυχῇ στ.,  
εἰς τὸν μεθ' ἡμῶν Βίον, πρὶν ἔμπι ποθὲ τῷ τρόπῳ τὴν  
μάθεσις καὶ τὴν θαρρεῖσαν, σὸν ἥπαντας τὸ θανόντα,  
καὶ τὴν στῆνας Φυχῆς, τὴν πάντα τὰ τῆς μηδὲμιού πίθε-  
ωντα, πέρι τῶν ἐμπαγγελίων ἀποκεμένην ἡμῖν  
μακαρεῖσσην.

Verbum uerbo redditum.

Nam haud magnum esse dicere loci structuram, ad  
ingenerandum impetum aliquem animo tuo, ad cum 10  
nobis uitam, priusquam de modo aliquid didiceris &  
conuersatione, tuus est reuera sensus, & tui animi,  
omnia hīc nihili facientis, præ in pollicitationibus re-  
posita nobis beatitudine.

Interpretatio Budæi.

15

Nam quod existimare te aīs, magnopere non  
referre, habitum structuramq; loci, ad ciendum  
in animo tuo desiderium uitæ nobiscum agen-  
dæ, antequam compertum quippiam habeas de  
modo & ratione uitæ nostræ: tuus hīc est pro-  
fectō, animiq; tui sensus, qui huius mundi bona  
prorsus nihili esse ducas, præaut est beatitudo,  
quam reconditam in diuinis pollicitationibus  
habemus.

25

## S C H O L I A.

Tὸ γαρ μὴ μέγα εἶναι φῦσαι, &c.] Sic ordina, τὸ φῦσαι  
τῶν τὸν πατασονιὸν μὴ μέγα εἶναι, id est, dicere loci  
structuram non magnum esse: hoc est, non multum habere mo-  
menti. Ceterū articulus τὸ, iungitur Infinitivo φῦσαι, tan-  
quam nomini. Siquidem Infinitius siue solus, siue cum casu,  
nominis uice fungitur, idq; in neutro genere, & hoc loco tan-

# IN ARTEM GRAMMATICAM.

quam Nominatiuus habetur.

γαρ enim, nunquam primum locum sibi in oratione uendicat, ideoque uertimus per nam, propterea quod Latini pro articulo τὸ, nihil habent quod ponant, nisi dicant, τὸ γαρ φήσαι,

5 Ipsam enim dicere: aut, Id enim nempē dicere: ut capiamus Articulum præposituum pro Pronomine demonstratio: id est, τὸ, pro τῷ. siquidem hoc interdum fit. pagina 82. uersu 20. Alioqui si Articulum suo more capias, cum nihil Latinè respondeat, turpe foret dicere, τὸ γαρ φῆσαι, Enim dicere: 10 quapropter uertimus, Nam dicere.

μη μέγα] non magnum. μη nomalia significata in præsens omittit, & suo loco discenda ducito.

μέγα] magnum, Adiectiuum neutrum, de quo pag. 94. uersu 24. Sæpe alterius generis substantiuo additur Adiectiuum 15 neutrum, τὸ τὸν κατασκοπεῖνα μέγα, Locis structuram esse magnum: ueluti substantiæ, hoc est, rem magnam, aut magni esse momenti, magnoperè referre, ut Budæus uerit.

εἶναι] esse, Infinitiuus ab eis sum. pag. 103. uersu 24.

φήσαι] Infinit. Aoristi primi, ab Indicat. ἔφησαι, ut τύται, 20 ab ἔτυται. cur ergo non φῆσαι, ut τύται Accentu acuto? Nam monuimus, non aliud esse agendum prima lectione huius Epistole, quam ut casuum, & temporum & personarum terminations rimare emur. & uides terminacione cōsentire φῆσαι, cum τύται, utrumq; in αι. Quod ad accentum attinet, αι in huiusmodi solet haberi pro breui. pag. 125. uersu 25. longa uero ante breuem finali circumflectitur, itaq; scribendum non φῆσαι, sed φῆσαι. pag. 125. uersu 20. in εἰώς εἰώται. Vxitatum uero thema huius infinit. φῆσαι, est φημι, de quo pag. 107. uersu ultimo. Nec tam significat dico, quam puto, & profiteor: utrumque explicat Budæus, τὸ δ φῆσαι, nam quod existimare te at-

τίλω τὸ τόντον κατασκοπεῖν] de Articulo dictionis regētis et reetate, vide notata Codice aa 9. uersu 6. in τὸ τόντον φίλων τῶνδας.

# MEDITAT. GRAECANICAE

τὸν] loci, ὁ τόπος, Tertiæ declinationis, ἢ τόπος.  
κατασκευὴ ] structuram, ἡ κατασκευή, Secundæ declin.  
πρὸς τὸ ἐμποιῆσαι τὴν ψυχὴν] ad ingenerandū animo tuo.  
Gerundijs et Supinis Græci carēt, in quoru locum subeunt In-  
finitiui, adiectis articulis neutri generis, πρὸς τὸ ἐμποιῆσαι, hoc 5  
est (ut rudius loquamur) ad ingenerare id est, ad ingenerandū:  
aut, causa ingenerandi. Nam prius supinum, gerundiū in di, uel  
dum, sc̄mē efficit Infinitium adminiculo præpositionis πρός.

Ἐμποιῆσαι ] Infinit. primū Aor. actiui, ab ἐμποιῶ indo, in-  
genero, innasci facio: quasi intus facio, uel inesse facio. Capia- 10  
tur simplex τοίω, ετ̄ per Crasim ποῖω, primæ coniugatio-  
nis circunflexorum, Futur. τοίκω, Aor. pri. ἐποίησαι, Infinit.  
ποιῆσαι, unde compositum ἐμποιῆσαι, ab ἐμποιῶ, ex præ-  
positione ἐν, migrante ν, in μ, propter π sequens. Quo-  
modo uero se habeant præpositiones ἐπ, ετ̄ οὐ, in compo- 15  
sitis, uide pag. 122. uersu 2. in uerbo σύρρηγυνδι.

Quoties inciderit uerbum compositum, ut facilior sit tem-  
porum formatio, tolle præpositionem, ετ̄ excutito simplex, ut  
modò fecimus in Infinitiuο ἐμποιῆσαι.

ὅμηρον τίνει] desiderium aliquod, ετ̄ impetum. nam hoc pro- 20  
prie uox significat, ueluti cū animus aliquò fertur, ετ̄ aliquid  
agere gestit, odio uel amore prouocatus. Nominatiuο est ἡ ὅμη-  
ρον, Secundæ declin. Accusatiuο τὸν ὅμηρον, ut τὸν τίμηρον.

τίνει] Accusatiuο singularis sc̄minini generis, Nominatiuο  
τίς, τίνος, τίνῃ, τίνει, quod habes pag. 14. uers. 3. Quanquam si 25  
quis recte perceperit ordinem, quem secuti sumus in Quinta  
nominum declinatione, facile inuenerit omnia, uel nobis tacen-  
tibus. Primò scripsimus quæ desinerent in uocalē, nempe  
α, ε, ι, υ, ω: nam nullum nomen Quintæ declinationis definit in  
aliquam reliquar um uocalium, ε, ι, υ: deinde sequuntur finita 30  
in consonantem, nec ullum definit in aliquā istar um consonan-  
tium, β, γ, δ, ζ, θ, κ, λ, μ, π, τ, φ, χ, sed in unam reliqua-

# IN ARTEM GRAMMATICAM.

rum, nempe,  $\nu$ ,  $\xi$ ,  $\rho$ ,  $\sigma$ ,  $\psi$ , quas quinq; consonantes uariæ praecedunt uocales aut diphthongi, hoc ordine,  $\alpha\mu$ ,  $\epsilon\mu$ ,  $\kappa\mu$ ,  $\iota\mu$ ,  $\o\mu$ ,  $\tau\mu$ ,  $\upsilon\mu$ ,  $\omega\mu$ . in litera  $\xi$ , non uocalium facimus discrimina, sed uarias ascripsimus terminaciones Genitiui,  $\kappa\sigma$ ,  $\gamma\sigma$ ,  $\chi\sigma$ , pro aſſinante trium inter ſeſe mutarum, tenuis  $\eta$ , media  $\gamma$ , aspirata  $\chi$ : ſequitur  $\alpha\sigma$ ,  $\epsilon\sigma$ ,  $\kappa\sigma$ ,  $\o\sigma$ ,  $\upsilon\sigma$ ,  $\omega\sigma$ . deinde  $\alpha\tau$ ,  $\epsilon\tau$ ,  $\kappa\tau$ ,  $\iota\tau$ ,  $\o\tau$ ,  $\tau\tau$ ,  $\upsilon\tau$ ,  $\omega\tau$ . Subduntur que in duas definiunt cōſonantes,  $\lambda\tau$ ,  $\nu\tau$ ,  $\rho\tau$ , ultimò que in duplēcēm  $\psi$  definiunt, ubi ſimiliter ut in  $\xi$ , non uocalium habita eſt ratio, ſed Genitiui  $\kappa\sigma$ ,  $\beta\sigma$ ,  $\phi\sigma$ , pro tribus alijs mutis, tenui  $\pi$ , media  $\beta$ , aspirata  $\varphi$ . Hunc ordinem quisquis obſeruabit, ſtatiu nouerit, ubi querendū erit, quicquid occurret de nominib; Quintæ declinationis.

Est autem hoc nomen  $\tau\tau\tau$ , ex Encliticis, que proprio desti-  
tuuntur accentu, pag. 127. uers. 27. ὁμιλη τινα, pro ὁμιλη τιναι.

Enclitica enim quandoq; non remittunt ſuum accentum, ſed  
tantum perdunt, ut notatum Codice a a 7. uersu 1. in uoce ἐπέ-  
γνωσται. Sic & Enclitica diſyllaba, quandoq; remittunt, ἀ-  
φεοπέτη τινα, quandoq; tantum perdunt, nempe ſi precedat  
περιπτώμενος, id eſt, dictio cuius ultima circunflectitur, ποιῶ

τινα, aut ὁγύτονος, id eſt, dictio cuius ultima eſt acuta, καλόρ  
τινα, ſic hoc loco ὁμιλη τινα. in cuiusmodi ablatus eſt accen-  
tus e uoce τιναι, nec tamen dictio praecedens ullum habet ac-  
centum, præter natuum & proprium. Et in iſis non obtinet  
Canon ille de accentu acuto, qui ob conſequentiā migrat in

grauem, ut notatum Codice a a 8. uersu 19. in ἐπισολίῳ.  
Nam ſi Encliticum ſeruaret accentum, ſcriberemus ὁμιλη  
τιναι. Acutus enim ob conſequentiā mutatur in grauem: at  
ubi Encliticum accentum perdit, acuta dictio praecedens ma-  
nebit acuta, ὁμιλη τινα, non autem per grauem ὁμιλη τιναι.

Λυχῆ σσ] animo tuo. ἡ Λυχῆ, τὸ Λυχῆς, τῇ Λυχῆ, Se-  
cundæ declinationis, ut ἡ τιμῆ, τὸ τιμῆς, τῇ τιμῆ.

88] Genitiuſ a σῳ pronominę, de hoc Codice a a 6. uers. 27.

# MEDITAT. GRAECANICAE

in ὅτι τὸν ἐπιστολῶν, οὐκ ἐπέγνωμ σα, Codice a a 6. uers.ulti.

εἰς τὸ μὲθ' ἡμῶν βίον] Præpositio εἰς, cum Accusatiuo, εἰς  
βίον ad uitam. Budæus δὲ φύλων εἰς τὸ βίον, hoc est (uerbum è  
uerbo) Impetum ad uitam, ueritatem, Desiderium uitæ. Non enim  
interpretis officium est, anxia quadam religione numerare  
uoculas, et syllabis assidere: sed Latinis auribus satis facere,  
et Graecanicas figuræ quam maximè fugere: ad quod nihil  
a quæ conductit, atq; ratio Copiae in qua quisquis erit bene uer-  
satus, is facilimè præstabit rectum interpretem.

τὸ μὲθ' ἡμῶν βίον] Infirmitoribus obsecuti, reddidimus in-  
eptissime, ut cernerent, quid cui responderet, hoc pacto, εἰς τὸ  
μὲθ' ἡμῶν βίον, Ad cum nobis uitam. Articulum enim τὸ, qui  
uarijs modis explicari potest, tanquam negleximus, et Scholijs  
ipsum declarandum reliquimus. Itaq; articulus qui afficit præ-  
positionem cum casu, reddetur commodo aliquo adiectiuo, τὸ  
μὲθ' ἡμῶν βίον, Agendam nobiscum uitam, pag. 132. uersu 14.

μὲθ' ἡμῶν] Apostrophos est, pro μετά ἡμῶν pag. 5. uers. 17.  
Graeci autem hic à Latinis dissentiant, naturali præpositionis  
ordine seruato, dicentes, μὲθ' ἡμῶν, Cum nobis: pro quo La-  
tini, Nobiscum. Cæterum μετά, cum, Genitiuum habet, at  
μετά, post, Accusatiuum.

ἡμῶν] Genitiuus pluralis à Pronomine ἡγώ, pagina 79.  
uersu 26.

βίον] ὁ βίος uita, Tertiæ declinationis.

περὶ ἀπὸ μάθοις] priusquam didiceris. περὶ antequā, priusquam. 28

ἀπὸ μάθοις] Hæc coniunctio ἀπό, nunc est potentialis, διὰ ἀπό<sup>φάνης</sup>, Nequaquam dicas, haud possis dicere: nunc plane uacat.  
Vide Budæum in Commentarijs linguae Graecæ, ubi usum ex-  
pli cat, et quibus modis iungatur. Tu interim, quoties obvia  
fuerit hæc particula, securus neglige tanquam otiosam, donec 30  
in istis literis plus roboris collegeris. Multa disimulanda sunt,  
ut loco et tempore discantur commodiore.

# IN ARTEM GRAMMATICAM.

περὶ τὸν Γένη] De modo: præpositio περὶ cum Genitio.

Γένη] Non nominatius ὁ Γένης, ut ὁ λόγος, masculinum est,  
quod in p[ro]p[ter]o disces Lexico. siquidem Genitius τὸν Γένης,  
conuenit utriq[ue] generi, siue dicatur ὁ Γένης, siue in neutro  
τὸν Γένης, ut τὸ ξύλον, utriusq[ue] enim Genitius esset τὸν Γένης.

A uerbis quorum penultima est ε, deducuntur nomina con-  
uerso ε, in ο, λέγω dico, λόγος sermo: Γένη uerto Γένη-  
mos, modus. item aliud Γένη mutatio, ut ab ἐπιχείλλω, id est,  
mando, mitto epistolam, fit nomen sc̄emininum ἐπιχείλλη, id  
est, Epistola: nam Latinitate donatum est.

τι] Aliquid: neutrum à communi τισ, τινός, hoc est, aliquis,  
quispiam, uel quidam: quæ tria Græci unica uoce dicunt.

τι μάθοις] aliquid didiceris, noris. Budæus adiutus præfis-  
dio copiæ, uersionem fecit speciosiorem, dum pro didiceris,  
certit, compertum habeas.

μάθοις] μαθάρω disco, secund. Aor. capit à μαθήω inusita-  
to. unde Futurū μαθήω, Aor. pri. ἐμάθησα, secundus, ἐμάθοις,  
abiciendo ex Aoristo primo penultimam uocalem cum conso-  
nante sequente, nempe ης, de hoc pag. 60. uersu 1. Ab ἐμάθοις  
Optat. est μάθοιμι, μάθεις, ut ab ἐτυπῷ fit τέποιμι τίθοις.

καὶ] et, coniunctio copulativa. Quomodo descendæ partes  
orationis indeclinabiles scriptū Codice a a 8. uer. 30. in ὀντερ.

Διάγωγης] διάγω dego, uitā traduco. à διὰ, et αἴω, reic-  
ita ultima prepositionis uocali, propter uocale sequentē. pag.  
25 24. uers. 28. Ab αἴω, et compositis uerbalia fiunt, adiunctione  
syllabæ γή, αἴω γήωγή, σιώγω σιωγήωγή, ἐτάγω εἰσαγήωγή,  
sic à διάγω fit διάγωγή, id est, institutū uitæ, et uiuendi ratio.

σὸν ἢν δύνασ] σός, σά, σόψ, tuus, tua, tuū, pronomen poss. siuū.  
pag. 80. uer. 5. Scribitur hic σόψ, graui accītu propter sequen-  
30 tem dictiōnē, Codice a a 8. uers. 21. in ἐπιχείλλῃ. quod si pon-  
retur in fine iuste sententie, iam acueretur, διαιρέμα τὸ σόψ.

ἢν δύνασ] est reuera, ἢν Imperficiū ab ἐγει pag. 103. uers. 24.

## MEDITAT. GRAECANICAE

in ὅτι τὸν ἐπιγολὴν, εἰς in ἐπέγνωσ σα, Codice a a 6. uers. ult.

εἰς τὸ μὲθ' ἡμῶν βίον] Præpositio εἰς, cum Accusatiuo, εἰς βίον ad uitam. Budæus δὲ πολὺ εἰς τὸ βίον, hoc est (uerbum ē uerbo) Impetum ad uitam, uertit, Desiderium uitæ. Non enim interpretis officium est, anxia quadam religione numerare uoculas, εἰς syllabis assidere: sed Latinis auribus satis facere, εἰς Graecanicas figuras quād maximē fugere: ad quod nihil æquè conductit, atq; ratio Copie in qua quisquis erit bene uersatus, is facilimē præstabit rectum interpretem.

τὸν μὲθ' ἡμῶν βίον] Infirmitoribus obsecuti, reddidimus in-<sup>10</sup>  
eptissimè, ut cernerent, quid cui responderet, hoc pacto, εἰς τὸ μὲθ' ἡμῶν βίον, Ad cum nobis uitam. Articulum enim τὸ, qui uarijs modis explicari potest, tanquam negleximus, εἰς Scholijs ipsum declarandum reliquimus. Itaq; articulus qui afficit præpositionem cum casu, reddetur commodo aliquo adiectiuo, τὸν <sup>15</sup>  
μὲθ' ἡμῶν βίον, Agendam nobiscum uitam, pag. 132. uersu 14.

μὲθ' ἡμῶν] Apostrophos est, pro μετὰ ἡμῶν pag. 3. uers. 17.  
Græci autem hic à Latinis dissentunt, naturali præpositionis ordine seruato, dicentes, μὲθ' ἡμῶν, Cum nobis: pro quo Latini, Nobiscum. Cæterum μετὰ, cum, Genitiuum habet, at <sup>20</sup>  
μετὰ, post, Accusatium.

ἡμῶν] Genitiuus pluralis à Pronomine οὗτοι, pagina 79.  
uersu 26.

βίον] ὁ βίος uita, Tertiæ declinationis.

περὶ ἀρ μεθοῖς] priusquā didiceris. περὶ antequā, priusquā. <sup>25</sup>

ἀρ μεθοῖς] Hæc coniunctio ἀρ, nunc est potentialis, δια ἀρ φάντα, Nequaquam dicas, haud possis dicere: nunc plane uacat. Vide Budæum in Commentarijs linguae Græcae, ubi usum explicat, εἰς quibus modis iungatur. Tu interim, quoties obvia fuerit hæc particula, securus neglige tanquam otiosam, donec <sup>30</sup> in istis literis plus roboris collegaris. Multa disimulanda sunt, ut loco εἰς tempore discantur commodiore.

# IN ARTEM GRAMMATICAM.

περὶ τῆς] De modo: prepositio περὶ cum Genitiuo.

Τὸν] Nominitius ὁ Τόπος, ut ὁ λόγος, masculinum est, quod inspecto disces Lexico. siquidem Genitius τῆς, conuenit utriq; generi, siue dicatur ὁ Τόπος, siue in neutro τὸ Τέλος, ut τὸ ξύλον, utriusq; enim Genitius esset τῆς.

Αὐτοῖς quorum penultima est ε, deducuntur nomina conuerso ε, in ο, λέγω dico, λέγος sermo: Φεπω uerto Τόπος, modis item aliud Τόπων mutatio, ut ab ἐπιστολῶ, id est, πανδο, mitto epistolam, sit nomen sc̄emininum ἐπιστολή, id est, Epistola: nam Latinitate donatum est.

τι] Aliquid: neutrum à communi τίς, τίνος, hoc est, aliquis, quipiam, uel quidam: quæ tria Græci unica uoce dicunt.

τι μάθοις] aliquid didiceris, noris. Budæus adiutus præfatio copiæ, uersionem fecit speciosiorem, dum pro didiceris, uerbit, compertum habeas.

μάθοις] μαθάνω disco, secund. Aor. capit à μαθέω inusitato. unde Futurū μαθήσω, Aor. pri. ἐμάθησα, secundus, ἐμάθοι, abiiciendo ex Aoristo primo penultimam uocalem cum consonante sequente, nempe ης, de hoc pag. 60. uersu 1. Ab ἐμάθοι  
20 Optat. est μάθοιμι, μάθεις, ut ab ἐπιπορ fit τίποιμι τίθεις.

καὶ] et, coniunctio copulativa. Quomodo descendæ partes orationis indeclinabiles scriptū Codice a a 8. uer. 30. in ὠντερ.

Ἄλιαγωγῆς] αἰγάλω dego, uitā traduco. à Αἴλω, reiecta ultima præpositionis uocali, propter uocalē sequentē. pag. 25 24. uers. 28. Ab αἴλω, ετ̄ compositus uerbalia fiunt, adiectione syllabæ γή, αἴλω αἴλωγή, σιαίλω σιαίλωγή, εἰσαίλω εἰσαίλωγή, sic à αἰγάλω fit αἰγάλωγή, id est, institutū uitæ, ετ̄ uiuendi ratio.

σὸη ἢν δύνως] τός, σκόη, σόρη, tuus, tua, tuū, pronomen possessorum. pag. 60. uer. 5. Scribitur hic σὸη, graui accītu propter sequentem dictiōnē, Codice a a 8. uers. 21. in ἐπιστολā. quod si ponetur in fine iuste sententie, iam acueretur, dicitur μα τὸ σὸη.

ἢν δύνως] est reuera, ἢν Imperficiū ab εἰαι pag. 103. uers. 24.

MEDITAT. GRAECANICAE

sed crebrò ponitur pro præsenti ἔτι. sic ἔδει pro δᾶ, ἐχεῖν  
pro χρᾶ.

οὐτῶς] profectò, reuera: aduerbium à genitiuo plurali par-  
ticipiij uerbi substantiui, ὡμ, ὅντι, τὸν ὄντα, ν, in s, ὅντως.  
paginæ 83. uersu 26. 5

diavónμα] sensus: à diavόνω. simplex νότω. Fut. νότω, Præte-  
acti. νεόνμα. Paß. νεόνμα, unde uerbale τὸ νότμα. pag. 88. uer-  
su ultimo. ablato incremento, επ uerso μα, in μα, compositum  
diavόνμα. Ut uero facilior sit thematis inquisitio επ utilior,  
memores esse cōuenit, unde tempora formentur, επ sensim τὸν 10  
quam per gradus sursum ascendamus ad originē, donec inuen-  
tum sit præsens Indicatiui modi: est enim thema hoc pacto que-  
rendum: diavόνμα, reiçce præpositionem, erit νότμα uerbale in  
μα, quod fit semper à Præteriti paſsi. prima persona, sublato  
augmento: erit igitur νότμα, à νεόνμα: porrò Præte. paſs. for- 15  
matur ab actiuo, uertiēdo φα in μμα, χα in γμα, uel κα, in μα.  
sucrit ergo νεόνμα ab actiuo νεόνμα. ubi autē κα, in Præt. de-  
finit Fut. in σω, nisi sit Quintæ coniugationis. proinde Futu-  
rum erit νότω: nam in Quinta coniugatione dicere νότω, con-  
tra canonem est, qui præscribit penultimā Futuri Quintæ con- 20  
iugationis esse breuiandam: επ alioqui si Futurum effet νότω,  
Præsens effet νότω, quod nusquam apparebit in Lexico. relin-  
quitur igitur Futurum νότω, id quod proficiuntur à Præsenti  
Tertia coniugationis νότω, νότω, νότω: aut Quartæ νότω,  
νότω, siue νόττω: aut Sextæ νότω: aut Prime circunflexorum 25  
νότω, νότω: aut Secundæ νότω, νότω: siquidem omnium istorum  
Futurum effet in σω. uerū nullum eorum ostendet Lexicon  
præter νότω. Hanc thematis rimandi uiam diligenter obser-  
ua: parat enim miram facilitatem, ut statim occurrat origo,  
unde tempora manare queant. de hoc uide pag. 124. uersu 8. 30

ιὴ τῆς σῆς Φίλης] επ tui animi. Hic uititur posseſſiuo pro-  
nomine, σύ, σή, σέψ, τίους, τία, τίκυμ, fœmininum ἡ σή, Geni-

# IN ARTEM GRAMMATICAM.

tius τῆς, σῶς. poterat uti primitiuo Genitio, σῇ ἀλλὰ ψυχᾶς,  
hoc est, ut uetusto more loquamur. Tis animi: pro, Tui animi:  
siquidem Græci genitiuos primitiæ speciei μῆ, σῆ, τῆ, οὐμῆ,  
διψῆ, σφῶη, etiam actiue et possesiue capiunt. apud nos au-  
tem Mei, tui, sui, nostri, uestrī, tantum passiue: actiue autem et  
posseiue usurpant ueteres Mis, tis, sis, nostrum, et uestrum:  
tria Mis, tis, sis, exoluerunt: Nostrum et uestrum tantum par-  
tiue capiuntur, Vterq; nostrum, Quilibet uestrum.

ψυχᾶς] ἡ ψυχὴ, τῆς ψυχᾶς, Secundæ declinationis.

τῆς πάντα τὰ τῷδε μηδὲπ τιθεμένης] ordina sic, ἀλλὰ μηδὲπ  
τιθεμένης πάντα τὰ τῷδε, nibili faciētis omnia hic, subaudi pos-  
sita. Interpres non male hunc locum extulit per secundam per-  
sonam, hoc modo, Qui huius mundi bona prorsus nihil esse du-  
cas. tamen Genitiuus ἀλλὰ τιθεμένης, referendus est ad substantiuū  
quod precedit, nempe τὸ σῶς ψυχᾶς. Tuus, inquit, hic est profe-  
cto, animiq; tuisensu. ψυχᾶς, inquam, hoc est, animi, uel ani-  
me, ἀλλὰ μηδὲπ τιθεμένης, hoc est, nihil esse ducētis: aut, quæ ni-  
hili esse ducat. Participiū enim uariè redditur, nunc aduersum  
quiddam indicans, nunc causam explicans, ut hoc loco, τὸ μη-  
δὲπ τιθεμένης, nihil ducentis, quæ nihil esse ducat, hoc est, ut  
que, aut quippe quæ nihil esse ducat. Proinde quæ per parti-  
cipia Græcis effruntur, nos Latinitate donabimus per eius-  
modi coniunctionem, quæ commodissimè facit ad sensum.

πάντα] omnia. δὲ πᾶς, τὸ πατός, ἡ πάτα, ἀλλὰ πάτης, τὸ πᾶψ,  
τὸ πατός, Accusatiuus pluralis neutri generis, τὰ πάντα,  
accentu in priore, licet Genitiuus sit πατός, non πάντος,  
uide pag. 26. uersu 20.

τὰ τῷδε] Articulus aduerbio iunctus, mutat ipsum in adie-  
ctiuum, χθὲs heri, δὲ χθὲs, hesternus, ἢ χθὲs hesterna, et ita per  
omnes numeros et genera. pag. 132. uersu 14. aut in isto arti-  
culo Participium intelligitur uerbis substantiui ὥρᾳ, δόσῃ, ὅπῃ: aut  
aliud quippiam, quod loco et sententiæ congruit, seruata gene-  
ris,

# MEDITAT. GRAECANICAE

ris, numeri, et casus ratione. ἐνī illīc, δὲνī qui illīc ēst, habitat, ambulat, & cetera. οἴκοι, domi, aduerbialiter: τὸς οἴκοι, intellege ὅτασ, existentes: hoc ēst, domesticos. sic τὰ τῆδε intellige ὅτασ, aut aliud quod quadrat: id ēst, Quæ hic fiunt, uel geruntur: Quæ in hoc mundo sita sunt, &c. Est autē τῆδε aduerbiū 5 sub forma Datiū forminī, cuiusmodi plurima sunt profecta ex secunda declinatione, habentq; α, uel η, diphthongū impro- priam, θυμοτία, publicē: id est priuatim: βία, violenter: παρέη= σία, confidenter, liberè: sic ἀλλή, πάτη, πή, δπή, ιρυφή, συσθή, ἐπή, ήτυχή, ημιδή, πελλαχή, πανταχή, διπλή, τεξα. 10 πλή, πολλαπλή, ταύτη. ad eundem modum τῆδε, quod fit ab Ar- ticulo præpositiuō δ, ή, τὸ, qui aduentu particule δε, capi- tur pro Demonstratiō, pag. 82. uersu 20. δε, pro διτό, hic, ήδε hæc, unde Datiūs τῆδε huic, & aduerbialiter hic.

*Μηδέπαντος μηδείς, μηδεμία, τὸ μηδέρ, pag. 12. uer. 13. 15.*

Tideumēns ] τίθημι, pag. 63. uersu 21. paſſ. τίθεμαι, Part. δ τίθεμεν, ή τίθεμέν, Genitiūs ἀλ τίθεμέν, id ēst, po- nentis, facientis, ducentis. Apud Atticos enim Passiva capiuntur actiue: & alioqui Deponentia & Media uerba, idem ha- bent præfens & imperfectum cum passiuis. Porrò τίθεσθ, hoc 20 loco significat idem quod λογίζεσθ, id ēst, ducere atq; existi- mare. μηδέπα τίθεσθ nihil facere, μηδέ τίθεσθ parui ha- bere, υπέρ τίθεσθ posthabere, παρό δολέρ τίθεσθ pro ni- hilo ducere, nihil facere. Verum ista persequi non ēst præsen- tis instituti: tantum illud studiosos adolescentes admonitos ue- 25 lim, si linguae Græcae proprietatem, & elegantem uocabulo- rum usum tenere desiderent, ut commentarios Budæi summa cura perlegant. Reperient enim incredibilem quendam the- saurum, unde ad copiosè scribendum redditur instructissimi.

Πρὸς τὰ μακαρούτασ] ad beatitudinē. Nibili ducentis, in= 30 quit, ad beatitudinē, hoc ēst, præut est beatitudo. cap. tur πρὸς, ut apud Comicum præpositio ad: Nihil ad nostrā hanc: id ēst,

# IN ARTEM GRAMMATICAM.

præut nostra hac est formosa, & d'ep p'gōs τὸν ἀκετέραν τάχθον.

Ἐπὶ παγῆσιλα[us] in pollicitationibus. adiectuum Diuinis, Interpres explicandi causa posuit.

Ἐπαγῆσιλα[us] Ᾱ nomīnibus in os, tñm substantiis, quām adiectiis, deducuntur substantia in ᾱ : κακός malus, κακία mali-  
tia: ᾱ σελήνη nuntius, ᾱ σελήνη res quae nuntiatur, ab αγγέλω  
nuntio: cuius compositum επαγῆσιλα[us], ex præpositione ὑδι, ε̄  
in uoce deponētali επαγῆσιλα[us] promitto. Hinc επαγῆσιλα[us],  
unde επαγῆσιλα[us] Secū.decli. Datius pluralis ταῖς επαγῆσιλα[us].

10 Αποκεφαλίων] Verbum καμψη, pag. 107. uers. ii. compositum  
ἀποκεφαλίων resideo repositus, uel depositus sum, Part. ἀποκε-  
φαλίων repositus, scēnūnūm ἀποκεφαλίων Secun.declin. Ac-  
cusatiūs τῶν ἀποκεφαλίων. Nec miretur quis, quod uerbum  
præsentis temporis ἀποκεφαλίων uertitur repositus sum, ε̄ item  
15 participium ἀποκεφαλίων præsentis temporis per præteri-  
tum repositum. uide notata Codice a a 10. uersu 9. in uoce  
επιφανειαλύνs. Neq; præterea hic laborandum est, ut quia uer-  
bum καμψη nobis occurrit, totam illius ediscas coniugationem.  
sed ubi excusso accusatiuo ἀποκεφαλίων, ad ipsum thema per-  
20 ueneris, nempe καμψη, hic sistendum erit, nec ultra præsens  
tempus progrediendum. Id quod in omnibus obscrubabis, ne longius  
curam extendas, quām præsens locus postularerit. Si quis  
occurret obliquus, non quiescendum nisi reperto Nominativo, si  
ipse inciderit Nominatiūs, aut thema uerbi, non scrutabimur  
25 anxiè quae inde tempora deducantur. Cæterūm quia ad con-  
summatum grammaticum pertinet, etiam illa tenere, quae po-  
steriore parte nostrarum Institutionum capitimi scripsimus,  
que incipiuntur pag. 84. uers. 26. consultum uidetur, non qui-  
dem ea solum ediscere, ut sparsim in excutiendo libello quo-  
30 piām obvia erunt, sed huic quoq; rei posteā tempus suum tri-  
buere, ε̄ capite ad calcem usq; perlegere, serio studio haud  
aliter atq; feceris in præceptione primorum rudimentorum.

# MEDITAT. GRAECANICAE

Ἔμιν] nobis. Datius pluralis ab ἔγώ.

Μακαρότητα] ὁ μακάρεος, inde ἡ μακαρότης, τὸ μακαρότητος, uide in uoce ὀμοιότητος, Cod. 4 a 11. uersu 4. Accusat. τὸν μακαρότητα.

Ἐγώ Ἰ εἶ ποιῶ αὐτὸς, ἢν τὸ ἐχαπᾶς τάπις, <sup>5</sup> νυπτὸς οὐκέ πάτερας, γράφειν αἰχμώματα: πατέλιπορ μὲν γαρ τὰς γνέσει διατριβὰς, ὡς μυείωμι πατέκωμ ἀφοργάς, ἐμκατέρη δὲ δύπιλονταῖς πολιτεῖαις πολιτεῖαις.

Ego uero quæ quidē facio ipse in solitudine hac nocte & die scribere erubesco: dereliqui quidem enim in urbe occupationes tanquam sexcentorum malorum causas, meipsum autem nondum derelinquere potui. <sup>10</sup>

Equidem scribere ad te non sustineo præ pudore, quæ in hoc extremorum finium recessu interdiu noctuος agito. Tametsi enim urbicas occupationes pro derelicto habui, ut sexcentorum malorum causas: me tamen nondum ipsum etiam habere pro derelicto quiui.

Ἐγώ δὲ] Coniunctio δὲ, uarie redditur, autem uero, certe- <sup>20</sup> rum, porro, sed, tamen, imò, rursus, contrà, quin, potius, ut sententia postulat.

Ἄ μὲν ποιῶ ἄ, articulus subiunctivus, neutri pluralis, pagina 82. uersu 10. μὲν est coniunctio. ποιῶ ἄ ποιεω, Circumflexum primæ conjugationis. <sup>25</sup>

Ἄντος] ipse, pronomen aptum tribus personis, pa. 80. uer. 1.

Ἐτι τῆς ἐσχάτιας] in solitudine, uidi cum genituo.

Ἐσχάτιας] ἡ ἐσχάτια Secun. declin. Genitius ἀλλ ἐσχάτιας per uocalem α, quod desinat in α purum. Cur autem scribatur Genit. ἐσχάτιας per ἄ circumflexum, notatum pag. 126. uers. 2. <sup>30</sup> Interpres ἐσχάτιας uerit, Extremorum finium recessu significantur enim hac uoce prædia ab urbibus semota, recessus, et

# IN ARTEM GRAMMATICAM.

Solitudo ab hominum strepitum remota, ab ἐσχατῷ extremus.  
Tautus ] demonst. ὅτι hic, autem hæc, Genitius τάυθεν.  
pagina 88. uersu 14.

Nuxtὸς καὶ ἡμέρας ] nocte et di, tempus collocatur in  
5 Genitiuo.pag.130.uersu 6.

Nuxtὸς ἡ νύξ, nox, ἡ νυκτὸς, noctis.pag.12.uer.5. Quanquam  
in huiusmodi sat fuerit indicasse Nominativum, quo conspectio,  
facile cognoverit lector, quomodo Genitium et reliquos ca-  
sus querere debeat, non ignorans, quem ordinem in recensendis  
10 terminationibus obseruauerimus, de quo Cod. a a 14. uers. 25.

ἡμέρας ] ἡ ἡμέρα Secū.decli. Geni. τὴν ἡμέρας, qui s exit in φα.

Γάρ φη ] Infinitivus præsentis temporis, ut τύποι, ab Indi-  
cativo γέγοντο: quod cum sit thema, sistendum est, nec extra pro-  
positum inquirenda sunt reliqua tempora, Cod. b b 5.uersu 16.

15 Αὐτοῦ οὐδὲν, οὐτοῦ οὐδὲν dedecoro, pudefacio, suffundo pudore,  
αὐτοῦ οὐδὲν pudefio, erubesco, suffundor pudore. habes the-  
ma, ne longius angaris, ut reliqua rimeris tempora, sed hic siflar.

Ceterum que uerba passiuæ uocis, ut est αὐτοῦ οὐδὲν, sint  
reuera uerba Passiva, que autem Deponentia, & Actiuæ ca-  
20 rentia, lectione autorum, ut pleraq; alia, discendum est. Inter-  
pres γάρ φη αὐτοῦ οὐδὲν, uerit sic, Scribere ad te non sustineo  
præ pudore. quod speciosius est, et numerosius, quam si uerbum  
uerbo reddidisset, Scribere erubesco. pro uno uerbo αὐτοῦ οὐδὲν,  
id est, erubesco, substituit multa per Periphrasis. Non susli-  
25 neo præ pudore. Quemadmodum autem rationes copiae pluri-  
mum ualeat ad parandam uersionis elegantiam, ita et omnibus  
locis magno sunt usui: et ijs potissimum medentur incommodis,  
quas adfert linguarū illa proprietas et phrasis. Proinde si quis  
expeditum et elegantem interpretem præstare studeat, ser-  
30 monis ubertatem sibi comparet, et tanquam in numerato, po-  
situmq; ob oculos habeat, quicquid Erasmus de hoc genere  
præcepit, uir præter alias dotes innumeræ, hac ad miraculum

## MEDITAT. GRAECANICAE

usq; suspiciendus, quòd ita Græca in Latinum uerat, ut nullum Græcitatís uestigium appareat: idq; ea fide, ut nec sententiæ quid addat, nec detrahatur: cumq; nihil minus spectet, quām ut totidem uerbis reddat, tamen incredibili quadam dexteritate plerung; aſſequitur, ut citra ſenſu iacturam, diſtioniū tamē numero reſpondere uideatur: hoc credo maximè fretus, quòd ſcribendi uſu iam meditatum habet, quomodo in quāuis faciem formanda ſit oratio. Quòd factum eſt, ut illius interpretationes, præterquam quòd Græcanicas figurās nusquam redoleāt, hoc etiā eximū præ multis alijs ſibi poſſint aſſumere, quòd tanquā 10 fontes Latini eſſe credantur, non autem ē Græciſ fontibus hauriri. Sic uero interpretem agere et numeris omnibus interpretiſ fidem præſtare, neq; tamen alium quām iſum uideri argu- menti autorem, id demum abſoluti artificis eſt. Equidem pro mea tenuitate, non poſſum doctiſſimos uiros in hoc negotio 15 uerſatos inter ſeſe committere, et de unoquoq; censuram ferre. Sed tamen omnibus candidatis lingue Græcae non dubito conſilium dare, ut huius uiri uerſiones diligentiſſime per legant, ex- cutiant, et imitari concenſur. Alia in alijs eminent, neq; omnia ſunt in omnibus illuſtria: interpretem fidelem, Latinum, et ele- 20 gañtem, facilem, et commodum, in uarijs periclitatum, niſi no- bis exhibuit Erasmus, nemo unquam eſt exhibitus.

γεάφη αὐτούμοι] Valde uifatus eſt Græciſ Infinitiuus, ubi nos gerūdijs utimur et ſupinis, ut diximus Codice a a 14. uerſu 4. in uoce πρὸς τὸ ἐμποιῆσαι. uerū et alioqui, quem 25 admodum apud Latinos, certa quædam uerba gaudent Infinitiuo, ita et apud Græcos βέλομεν λέγειν uolo dicere, & τολ- μῶ τοιᾶρ, non audeo facere, et c. horum eſt hoc loco αὐτούμοι γράφειν, erubefco ſcribere.

κατέλιπο] λάπω linquo, ſecū. Aor. ἔλιπο, pa. 28. uer. 5. ſic à 30 καταλάπω cōpoſito, id eſt, derelinquo, ſecū. Aor. κατέλιπο, nō κατάλειπο. quia ἔλιπο icipitur a uocali, pa. 24. uer. 2. ab imo.

IN ARTEM GRAMMATICAM.

μὲν ] nūsquām non obuiē sunt hæ duæ coniunctiones, μὲν quidem, δὲ uero. utimurq; ipsis diuidendi gratia, ut sententiā à sententia, membrum à membro discernamus, ac priorem locum uendicat sibi ἢ, posteriorem δὲ. Quamuis autem creberrimum ἢ, nullo præcedente μὲν, rariſſimum tamen est ἢ, quin postea subdatur uel δὲ, uel alia quæ piam coniunctio, quæ alteram sententiam contineat priori respondentem, ut cui sit uel affinis, uel diuersa: itaq; hoc loco prior sententia est: οὐατεδιπορ μὲν ϕ τὰς ϕ αἰσχύλος, &c. subiungitur altera, ἐμωτὴρ ἢ οὐπω ἀπολιτῶν ἀδικηθεῖσα. Cæterū Budeus pro ἢ & ὅ, posuit tametsi, tamen, quæ duo minus Graecitatem sapiunt, quam illa priora.

γαρ] enim de hac coniunctione diximus Codice a a 13. uersu 2. Et quæ præterea nobis denuò ac ſepiuſ occurſent, ea ſat erit ſemel declaraffe, uocis uero ſignificatum altera uerſio facile monſtrauerit, aut adhibitum Lexicon.

Τὰς ϕ αἰσχύλος ] articulus τὰς affuit præpositiō nem cum caſu, de quo Codice a a 16. uerſu 12. in uoce τὸ μέθημα βίον. uerti poterat, in urbe oblatas, aut datas: aut per relatiuum, quæ in urbe offerebantur, quæ in urbe mihi dabantur, quibus, cùm in urbe agerem, in uolui & implicari solebam: nam hic ſenſus eſt. ſed breuitatis ſtudioſus, compendio dixit, urbicas occupationes.

ἄγε] τὸ ἄγε, τὸ ἄγε & ſine Crasi. pag. 91. uerſu 23. Da- tuus uero ἄγεi Crasi admittit ἄγεi, ſi non à Nominatiuo ἄγε, certè ab inuicato nomine Prime declinationis contratorum, τὸ ἄγε, τὸ ἄγε, τὸ ἄγεi ἄγεi, ut τὰ χεῖ, quemadmodum non ſolum dicitur δέρε, ſed & τὸ δέρε, τὸ δέρε δέρες, τὸ δέρεi δέρεi, ut τάχι.

διατελεῖς] τελεῖ, ſecund. Aor. ἐτελεῖον, compositum διατελεῖ, ſecund. Aor. διατελεῖον, unde uerbale διατελεῖ, Secundæ declinationis, Accuſatiuus pluralis τὰς διατελεῖς. Multa  
669      ſunt

MEDITAT. GRAECANICAE

Sunt uerbalia, quæ seruant characteristicon secundi Aoristi,  
diē p̄ib̄ç, & diæ p̄ib̄ñ.

ω] tanquam, ut, ueluti. alia significata suo seruentur loco.  
Caveant uero studiosi, ne uocabulorum significationes inquirant, quo tempore sunt in Grammaticis occupati præceptionibus, qua in re plurimum s̄a penumero peccatur. deinde iactis fundamentis, ubi ad autorum lectionem se contulerint, si non aderit interpres, configiendum ad Lexicon, sed uerbi significatum illud modò tractent, & quantum dabitur, in memoria reponant, quod loco presenti satisfaciat. reliqua si fieri potest, 10  
ne legant quidem: quod si Scriptorem probē se uideantur intelligere, uel uiua præceptoris uoce freti, uel fida alioqui adiuti interpretatione, stultum est à Lexicis petere consilium. in quibus ut omnia tradantur pl. αἰσθήμε, etiam quæ uocis usum prolati exemplis ostendant, tamen ieiuniora minusq; uiuida sunt, neque tam penitus harent, ut quæ ipse tibi legendis autribus paraueris.

Μεσονύκτιον] μεσονύκτιον medius, οὐ νύξ, οὐ νυκτός nox noctis: unde μεσονύκτιον media nox, nox intempesta.

Νυκτερινός] οὐ νύξ, τὸν νυκτόν, à quo νυκτερίς: unde οὐ νυκτερίς είνας, οὐ νυκτερινή, τῆς νυκτερίνης. quomodo autem adiectiū orum Fœminæ se habeant et Neutrū, scriptum pag. 54. uersu 26.

# MEDITAT. GRAECANICAE.

**Ωτωμ]** τὸ ὄς, τὸ ωτός, ut φῶς φωτός. pag. 14. uersu 21.  
**βλαβόρας]** τὸ βλάβης, uel ἡ βλάβη nosciens, inde  
 fit ὁ βλαβόρος nosciens, ut à φόβῳ φοβόρος.

**Σιωντ**] ἐμὶ sum, Participium ὡρ ὅντ. pag. 103. uer-  
 su 24. Compositum σιωώρ, σιωντ, à Verbo σινέμι.

**Διορθώμενος**] ab ὀφθός fit Verbum ὀρθός, Compositum διορ-  
 θόω, διορθόμαι, Crasis διορθώμαι, Particip. διορθώμεν.

**Μυίμη**] μνάομαι reminiscor. finge uocem actuum μνάω  
 uel μνίω, Futurum μνίσω, unde ἡ μνήμη, ut ἡ γνώμη, à  
 Futuro γνώσω, εἰς ἡ ρώμη à Futuro ρώσω, à ρώνυμι, Da-10  
 tius τῇ μνήμῃ.

**Ημαρτημένωρ**] ἀμαρτάνω pecco, Tempora sumit ab ἀμαρ-  
 τώ, Futurum ἀμαρτήσω, Præter.acti. ἀμάρτηκα, Passuum  
 ἀμάρτημαι, Participium ἀμαρτημέν. plurale neutrum τὰ  
 ἀμαρτημένα, hoc est. peccata, quæ peccando admissa sunt, ut is  
 τὰ σεσωρονημένα, quæ temperanter acta sunt.

**Τιθέντ**] τίθημι, Participium ὁ τιθέσις, τὸ τιθέντ. pag.  
 pagina 63. uersu 21.

**ἴκκλισιμ**] ικλίω, Futurum ικλινῶ, Præter.acti. ικλίκα,  
 Paß. ικέλιμαι ικέλισαι : unde ἡ ικλίσις. pag. 89. uersu 2. dī 20  
 ικλίσεως, τὸ ικλίσιμ, Compositum ικκλίνω : inde ικκλίσις.

**Σιωδργίαρ**] ἔργον opus, σιωδργός adiutor, auxiliator, εἰ  
 collega in opere, ἡ σιωδργία auxilium.

**Τελέωσιμ**] à τέλος fit ὁ τέλειός perfectus, inde Ver-  
 bū τελειός perficio, τελεώσω, τέλειωκα, τέλειωμαι 25  
 τετελέωσα, Verbale ἡ τελέωσις. pag. 89. uersu 2. dī τε-  
 λεώσεως, τὸ τελέωσιμ, id est. perfectionem.

**Σωδαζουμένωρ**] τὰ αποδαζόμενα quæ nobis curæ sunt,  
 εἰ in quæ magno studio incumbimus, à αποδάζω, pro eo  
 quod est studiosè expeto.

**Ἐπιγνητήρ**] γνήτω, Partic. ὁ γνήτερος, τὸ γνήτεον, Crasis  
 γνητήρ, Compositum ἐπιγνητήρ, à Verbo ἐπιγνήτω.

**H**AEC habui quæ de Grammaticis Meditationibus in  
medium adferrem, id potissimum spectans, ne iuuentus  
Græcarum literarum auida, diutius quam par esset, in primis  
lingue rudimentis haberet, sed uno in opusculo totum istarum  
minutiarum tedium deuoraret, grauioribus deinde disciplinis  
et autorum mancipanda lectionibus. Cum enim futurum spe-  
rarem, ut hoc studium apud plurimos minore grauaretur inui-  
dia, si compendio temporis mediocrem cognitionem attulisse  
uideretur, non committendum putavi, ut hac parte studioſis ado-  
lescentibus deceſſem. Quod etiam eò feci libentius, eoq; magis co-  
nandum esse duxi, quòd nullus ferme hodie terrarum sit angu-  
lus, sine Græcarum literarum fautoribus: sed apud quosuis ho-  
minum ordines, non pauci pro sua quisq; uice, rem pulcherri-  
mam et maximè frugiferam prouehant et exornent. quidam  
doctissimis ingenij sui monumentis, alijs extruendis Gymnasij,  
alijs alendis linguarum professoribus, nunquam intermorituram  
sibi gloriam pepererunt. Quorum insignem unum, nulliq; se-  
cundum, nostra hæc tulit etas Ioannem Tarteſium, quem felix  
et semper doctis fecunda uiris, in hac luce gaudens contem-  
platur Lutetia, omnium literarum Mecœnatem, Praefidem  
Collegij Lexouiensis. Is igitur uir linguarum patrocinium  
ita suscipit, ut unus uerè sit instar totius Galliæ. nusquam disci-  
pulorum numerus maior, nusquam tanta professorum cohors,  
omnium Musarum dotibus instructissima. Quem enim ille non  
ultrò asciscit, pascit, et ornat, quem eruditioſis nomen com-  
mendauit? Est ubi Latinè discas commodius, illic Græcè fortasse  
melius, ibi contrà Hebraicè: uerùm hoc Lexouienſe Collegium  
bonorum omnium est mare. Latinos, Græcos, Hebræos habet  
multos. quin et Chaldaeos atq; Arabicos propediem dabit, si  
modò parere liceat, quod diu parturiuit. adeò gladiatorio  
quodam animo Praeses ille in hanc laudem incumbit, quasi in  
fatis esset, ut unus linguarum studijs promouendis praefect,

dignus profecto, qui Regum gazas, & opulentissimos thesau-  
ros possideat, tam excelsa & benefica natus uoluntate, ut se-  
ipsum literarum saluti deuouisse uideatur. Quapropter omnes  
linguarum candidatos decet, ut hunc uirum colant & uene-  
rentur, pro meritis in cœlum laudibus uehant, nomen ce-  
lebrent, eiq; successus prosperos, & multorum  
seculorum annos precentur. Nam uiuente  
Tartesio, semper incolumes lite-  
rae durabunt, & nun-  
quam cadere po-  
terunt.

\*

F I N I S.



# ANNOTATIO-

## NES RENATI GUIL- LONII IN GRAMMATI- CAM GRAECAM CLENARDI.

\*

Alpha, uita, &c. Clenardus pagina 3.



P V D Græcos literæ sunt tantum vigintiquatuor: quarum figuræ, nomina, & potestates (quæ tria literis cuiuscunque lingue accidentur) deinceps collocantur apud Clenardum pag. 3. Figura enim id nec dubie est, quod certis lineamentis atque tractibus, literæ corpus depingit. Nomen est ipsius elementi appellatio. Potestas uero, literæ ipsius ualorem pronunciatione indicat. Multiplex quidem certe & uaria est cuiusque literæ figura, cuius uarietatem colliges: tum ex Clenardo, tum ex elementalibus libellis, qui uulgi manibus quotidie teruntur.

Idem de earundem nomine & potestate facito.

Vocales longæ u, o, &c. Clenardus

pagina 4, uersu I.

Capitalis & primaria omnium literarum Græcarum diuisio est, ut illas findas in Vocales septem, & in septemdecim Consonantes. Vocales deinde subdividas in longas duas, u, o: in duas breues, e, i: & in tres aincipites, α, ι, υ. Longæ sunt, quæ semper longam efficiunt syllabam, nisi cum terminant dictio- nem, & sequens dictio incipit à uocali: tunc enim uocales natu- ra longæ, & diphthongi omnes communem faciunt syllabam. Animaduersione igitur dignum, u, o, in capite, seu initio dictiōnum, in medijs item dictiōibus, in fine dictiōnum sequen-

A te con

te consonante, perpetuò longas esse. Et si contigerit (ut dixi) illas finire dictionem, & sequentem dictionem incipere à vocali, tum u, & o, omnes præterea diphthongi tam proprie quam improprie (que & suapte natura longe sunt, haud secus atque u, & o) in carmine redunduntur anticipites. Proinde ante uocalem sita, poetica licentia sèpissimè corripiuntur.

Breves uocales e, o, sunt, quæ semper breuem faciunt syllabam, nisi extendantur positione. Fit autem & Gracis & Romanis positio, quando post uocales naturā breues (cuiusmodi apud Gracos sunt, e, & o) due subsequuntur consonantes, ut ἔγρεις, id est, septum, seu uallum: ὁγκὸν, id est, erupcio, motus, impetus in quibus e, & o, positione producuntur. Et apud Latinos, Armariumq; &c. Aut quando litera duplex, nempe ſ, ſ, v, sequitur, quarum duplicitum una quelibet æquè pollet, atque due simplices consonantes, ut infrà, oꝝpθiꝝ, docebimus inter ipsarum duplicitum excutiendum potestatem.

Ancipites sive communes, a, i, u, Greecis dicuntur τὰ δίχορα φωνήτα, id est, bitempore uocales, quia duorum sunt temporum, ex antiquis quantitatibus, nunc breuem, nunc longam constituentes syllabam. Non Hercule in eadem dictione, sed in quibusdam producuntur, in alijs uero corрete usurpantur. Dico itaque a, i, u, non idcirco uocari δίχορα, quod ad cuiusvis arbitrium, ut quidam existimat, in una eademq; dictione ex produci & corripi queant, sed eo modo δίχορα esse, quo omnes uocales apud Latinos: ita quod in hac dictione omnino producantur, in illa corripiantur, ut fusiūs docebimus in nostro Enchiridio ad cognitionem accentuum, & quantitatem syllabarum.

Tu rursum subliuidito septem Vocales in Mutabiles, & Immutabiles: Mutabiles tres, a, e, o, que id nominis fortitè sunt, quia in capite thematis alicuius uerbi constitutæ, in uerborum Præteritis mutantur, nempe a, & e, in u: & o, in o: eodem quoq; modo in primo Futuro quorundam uerborum sextæ conjugationis,

nis et in thematibus uerborum in  $\mu\iota$ , si in sexta fuerint forma-tiae. Quid formatiua litera sit, uidebis paulò post. Immu-tables quatuor sunt,  $\kappa, \iota, v, w$ : que si in uerborum thematibus fuerint capitales, seu initiales, in Præteritis non mutantur.

### Diphthongi propriæ, &c. pag. 4. uersu 6.

Ex simplicibus præscriptis Vocalibus coalescunt ac conflantur diphthongi duodecim, que diuiduntur in proprias diphthongos, et improprias. Propriæ sunt sex, quas disces ex Clenardo: que, ut placet Grammaticis, ita dicuntur, quod naturalis pronuntiatio illas postulet. quippe que co quo scribuntur modo, et proferuntur, aut certe proferri debent. Impropriæ contraria, sic dicuntur, quod pronuntiatio naturalis illas non requirat. Tu eas diuides in ἀφώνοις et ναικόφώνοις. Tres sunt ἀφώνοι,  $\alpha, \eta, \omega$ , que quia scribuntur quidem, sed non proferuntur, præterquam instar simplicium uocalium  $\alpha, \eta, \omega$ , sine punctis subtus, que posseant iota, merito profectio diphthongi haec tres ἀφώνοι uocitantur, hoc est, mutae seu obmutescentes: tu unica dictione asonas uocares, si dictione Latina cum Graeca compositionem reciperet: dicuntur enim quasi ἀερ τῆς φωνῆς, quod uoce carcent saltem diphthongata, ut sic, docendi gratia, dixerim. Tres relique  $uv, \psi, \omega$ , ob duriusculam, minusq; auribus delicatis alioqui lenocinantem ipsarum uocem, non iniuriā ναικόφώνοι nuncupantur, quasi malesonas dicas. Dum enim, ut decet, proferuntur, durum quid auribus insonat. Et nescio quid (ut ita dixerim) Gotthicon, auribus iniucundum, si cum suavi iucundaq; Diphthongorum propriarum pronuntiatione conseruantur, auditu percipiuntur, ut nos alias docuimus: et posthac rursum, si Deus permiserit, nos itidem uiua uoce sumus docturi. Commentum plane grammaticum est diphthongus im-propria, præsertim illa, que dicitur ἀφώνος, proinde ad pronunciationem nihil spectat. Nam Grammatici Diphthongorum mutationes indicatur, aut certe in diphthongis, alterius Voca-

lis elisionem, eiuscmodi Diphthongos inuenientur, ut sicut ex αι, fiat ε, aut η, ut non parum sepe fieri afferat, idq; iota eliso: quod tamen quia in Diphthongo propria, subiunctiva uocalis erat, ut uocalium neutra in illa transmutatione pereat funditus, solent Græci suppingere iota in tribus illis α, η, ω, que quidem ex Proprijs consurgunt Diphthongis. Atque adeò id factum esse palam est, ne ignorarent pueri in ea syllaba diphthongum desiderari. Quandoquidem autem ostendimus α, η, ω, ex αι, coagimenti, eadem ratione η ω, ex οι, fieri dicatis, mutata breui præpositiuæ in propriam longam: iota uero que subiunctiuæ est, suppingatur. Tres enim non amplius mutabiles esse Vocales paulo ante diximus, α, ε, ο, quarum quæcumque accidat permutandæ uocalis ratio, α, η, ε, mutantur in η, η, ο, in ω. Ceterum ut de ναυοπόρων compositione quoque aliquid dicamus, νυ, modo ex αυ, modo ex ευ, fieri, sequentibus exemplis comprobatur: ανλίζω, ἀνλίζομ: ἐνχομαι, ἀνχέμημ, mutato ε psilo ex diphthongo ευ in η, idq; Attice, cum aliqui ευ sit de classe Diphthongorum immutabilium, ut suo loco sumus dicturi. At ων fit ex ου, mutata breui in propriam longam. Reliquum iam est, ut ostendamus ex ν η constare, atque hanc sibi comparare figuram, mirum ut i, affixum ad latus τ, ν, suo apice pertingat corpus medium ipsius præpositiuæ, que est ν: Idem uero i longius se explicet deorsum. Que figura haud dubie commodior: tametsi chalcotyporum nonnulli uoluerint aliam figuram insouatam sic ν, subscripto i uidelicet, perinde atq; in α, η, ω.

### Vocales præpositiuæ α, ε, &c. pag. 4. uerf. 12.

Est alia uocalium diuisio propter Diphthongos duntaxat recepta, nempe ut in diphthongorum coagmentatione η coalescentia aliae uocalium sint præpositiuæ, aliæ uero subiunctiuæ.

Præpositiuæ, que quinque recensentur, α, ε, η, ο, ω, ideo hanc nomenclationem adeptæ sunt, quod subiunctiuis præposite Diphthon

phthongos faciant: uel, quia in diphthongo constituenda subiunctius præponuntur. Subiunctiæ uero, quas & postpositiæ uocant, sic dicuntur, quod in constitutione Diphthongorum præpositiæ subiungantur: uel, quia præpositiæ subiunctæ aut postpositæ, diphthongos faciunt, ut patet in formulis à Clenardo præscriptis. Suni' que duæ duntaxat Subiunctiæ uocales in diphthongis, i, & u. Ex præpositiæ una est, ut pote  $\alpha$ , quæ diphthongos proprias constituit,  $\alpha$ ,  $\alpha v$ , & unam improprium,  $\alpha$ . Verum enim uero, e, solas proprias diphthongos parit, a, ev: o item proprias propagat, oi, ou: n autem &  $\omega$ , diphthongos tantum impropriæ, nu, y, wv,  $\omega$ . Antiqui enim (ne quid silentio supprimam, quod sit operæ pretium) aut non suppingebant prorsus iota in diphthongis  $\alpha$ ,  $\eta$ ,  $\omega$ , quem morem adhuc retinuerunt Dores: aut certe ea utebantur figura, qua paulò ante depinximus y, hoc uidelicet modo pingentes,  $\alpha$ ,  $\eta$ ,  $\omega$ : sed quia & Scriptores & Chalcographi in forma earum depingenda, sèpius ac numero hallucinabantur, Diphthongos plerunque proprias impropriarum uice depingentes, ob id aliud commentum subiijt animos eruditorum, nempe ut punctum exile substerneretur, subiaceret ue corpori ipsius uocalis alioqui præpositiæ: quod quidem punctum designaret siue polleret iota. Veruntamen illud esse prætermittendum uidetur minimè, uidelicet  $v$ , non solum subiunctiæ esse uocalem in diphthongis  $\alpha v$ ,  $\epsilon v$ ,  $\eta v$ ,  $\nu v$ ,  $\omega v$ , sed etiam præpositiæ in diphthongo impropria y, iuēs, u $\bar{\eta}$  $\alpha$ ,  $\bar{\epsilon}\rho\eta\alpha$ , & in consimilibus, quæ innumeræ sū: quæq; possit ipse uenari tibi legendo classicos autores. Quandoquidem autem non ita multi ante Vocales diuisimus in mutabiles, & in immutabiles, eadem quoque diuisio in Diphthongos proprias non inconcinnè cadit: siquidem earum quædam sunt mutabiles, ut pote  $\alpha$ ,  $\alpha v$ ,  $oi$ : quædam uero immutabiles, nimurum  $\epsilon i$ ,  $\epsilon v$ ,  $ou$ : de quarum & transmutatione & statu agemus pluribus cum Clenardo suo loco, in tractatione augmenti temporalis uerborū pag. 24. uers. 21.

Mutæ { Tenues  $\pi, u, \tau,$   
Mediae  $\beta, \gamma, \delta,$   
Adspiratæ  $\varphi, \chi, \theta,$ } pag. 4. uersu 12.

Diximus paulò ante consonantes secundam constituere partem generalis diuisionis literarum apud Græcos, quæ profectò subdividende sunt in Mutas, Duplices, Liquidas, et in  $\sigma:$  et sic in septem uocalibus, nouem mutis, tribus duplicibus, quatuor liquidis et  $\sigma$ , habes iustum numerum uigintiquatuor literarum Græcarum. At subdividere denuo debes mutas nouem in tres Tenues  $\pi, u, \tau:$  tres Medias,  $\beta, \gamma, \delta:$  et tres Adspiratas  $\varphi, \chi, \theta:$  Que duobus modis considerantur. Priore modo sic, recto uidelicet ordine  $\pi \nu \tau, \beta \gamma \delta, \varphi \chi \theta,$  et hoc modo ferme per se et sine relatione alias ad alias expenduntur. Posteriore autem modo illas consideraueris, ordine in formula proposita transuersario, nempe à summo deorsum, sic,  $\pi \beta \varphi, u \gamma \chi, \tau \delta \theta,$  ut  $\pi$  et  $\varphi$  extremonrum contrariorum rationem obtineant, haud secus atq; album et nigrum apud philosophos. Idem de reliquis mutis iudicium, nimirum ut tenues semper proprijs opponantur Adspiratis: econtrariò uero Adspiratae Tenuibus: quia naturam inter se contrariam sortiuntur. Interijciantur autem Mediae, quod mediam quandam rationem et naturam habeant inter utrasque extremas, inter Tenues uidelicet et Adspiratas.

Tenues ideo sic nuncupantur, quod sine ullo spiritu denso ac sibilante proferantur. Adspiratae, contrà: quia cum spiritu crasso, denso, spumoso, et cum sibilo proferuntur. Mediae autem, ut diximus, cum utrisque extremis ita consentiunt, ut nec prorsus spiritu careant, nec prorsus ad spumosum flatum Adspiratarum accedant. Iste autem Mucarum oppositio inter se ideo fit, quia aliæ in alias sepissimè migrant, ut facile coniçere licet in deductione diorum Temporum ex alijs in Coniugationibus uerborum. Hic obiter notandum, primum ordinem contrariorum primam constituere coniugationem, ut  $\pi\omega, \beta\omega, \varphi\omega:$  et secundum

Secundum, secundam, ut  $\kappa\omega$ ,  $\gamma\omega$ ,  $\chi\omega$ : tertium item, tertiam, ut  $\tau\omega$ ,  $\delta\omega$ ,  $\theta\omega$ . Hac tenus de mutis.

### Duplices, $\zeta$ , $\xi$ , $\psi$ , pag. 4. uersu 26.

Duplices idcirco dicuntur, quia quarum uim habent simplicium Consonantium, in casq; non raro explicantur & dissoluuntur, cum ex illis analogice conficiantur. Atque adeo tres sunt,  $\zeta$ ,  $\xi$ ,  $\psi$ , quarum  $\zeta$  fit ex  $\sigma$ , uel  $\sigma\delta$ , & in casu sepiissime resoluitur, praesertim apud Dores: ut pro  $\sigma\nu\pi\zeta\omega$ , &  $\delta\zeta\omega$ ,  $\sigma\varphi\sigma\zeta\omega$ , &  $\delta\sigma\zeta\omega$ , scribunt Dores:  $\mu\alpha\zeta\omega$ , id est, pingo, inde  $\mu\alpha\zeta\alpha$ , quam Latini usurpata dictione Græca māssam uocant.  $\xi$  autem non tantum  $\nu\sigma$ , sed &  $\gamma\sigma$ , &  $\chi\sigma$ , ualeat: ut  $\mu\beta\gamma\xi\omega$ , id est, barba menti: à quo nomine resoluto  $\xi$  in  $\nu\sigma$ , atque adeo inter utrumque collocata uocali o, fit casus gignendi, & alij pariter obliqui casus: ut  $\mu\beta\gamma\xi\omega$   $\mu\beta\gamma\xi\omega$ , &c.  $\theta\omega\xi\omega$   $\ell\omega\xi\omega$ , & id genus alia. Sed aliquando, ut dixi, in  $\gamma\sigma$  explicatur eadem ratione seruata, que in  $\nu\sigma$ : ut  $\ddot{\alpha}\rho\pi\alpha\xi\ddot{\alpha}\rho\pi\alpha\omega$ . Item in  $\chi\sigma$ , ut  $\ell\chi\xi\omega$ ,  $\tau\chi\xi\omega$ . Verum enim uero,  $\psi$ , seruata præterea rauone ea, que in superioribus, dissoluuntur plerunque in  $\pi\sigma$ , inserta uocali, ut inde censurat obliquus casus in nominibus: ut  $\kappa\lambda\omega\psi$ ,  $\kappa\lambda\lambda\omega\psi$ :  $\bar{w}\psi$ ,  $\bar{w}\pi\psi$ . Aliquando uero in  $\beta\sigma$ , interiecta uocali: ut  $\ddot{\alpha}\beta\psi$ ,  $\ddot{\alpha}\beta\beta\psi$ ,  $\varphi\beta\psi$ ,  $\varphi\lambda\beta\psi$ . & aliquando in  $\varphi\sigma$ , ut  $\sigma\kappa\varphi\psi$ ,  $\sigma\kappa\varphi\varphi\psi$ : & alia eiusdem modi plurima.

### Liquidæ siue Immut. pag. 4. uersu ult.

Quatuor sunt liquidæ Græcis,  $\lambda$ ,  $\mu$ ,  $\nu$ ,  $\psi$ , totidem Latinis, & eadem, aut saltem eiusdem potestatis,  $l$ ,  $m$ ,  $n$ ,  $r$ . Sed Græcis præterea immutabiles uocitantur, quod non mutentur, nigrerūne in alias Consonantes, neque in declinationibus nominum: ut  $\tau\lambda\pi\psi$ , addendo os, non mutato  $\psi$ , finali litera, Recti sit Genitius  $\tau\lambda\pi\psi\omega$ : sic  $\lambda\lambda\mu\alpha\varphi$ ,  $\lambda\lambda\mu\alpha\varphi\omega$ . Neque in uerborum Conjugationibus, ut  $\lambda\lambda\lambda\omega$ ,  $\mu\mu\mu\omega$ ,  $\nu\mu\mu\omega$ ,  $\mu\cdot\mu\mu\omega$ : in utroq; tempore  $\lambda$  &  $\mu$  immota manent: sed quemadmodum Præsentis, ita Flu-

turi literæ sunt Characteristicae.

### Σ, omissum à Clenardo.

In consonantium subdivisione omisit, σ, Clenardus: id que fortasse de industria, quid non sit de classibus Mutarum, Duplicium, Liquidarum. Non enim muta est, quia neque tenuis, neque media, neque aspirata. Ad hæc non duplex, cum non æquivalat duabus simplicibus consonantibus: nec tandem immutabilis, cum in casu signendi plerumq; mutetur in τ, θ, φ: ut λέβης, λέβητος: μονάδες: ὄγρις ὄγριbos. Proinde σ à quibusdam μεραρχού, id est, sui cuiusdam iuris, ac suæ potestatis dicitur. A quibusdam uero, ἀσημος, id est, sine nota et signo, quod aliarum Consonantium notas inustas habeat minime, nempe ut uel muta dicatur, uel duplex, uel liquida: sicuti in grege ouium, cæteris ouibus signatis, si earum aliqua non sit eodem quo aliæ signo insignita et notata, illa uocatur ὁις ἀσημος, quasi nulla signatione signatam ouem dicat.

### Accentus tres, &c. pag. 5. uersu 5.

Accentus à uerbo accino dictus, quod accinat dictioni quam afficit. Huic nomini respondet Graeca uox τροπωδία, à τρόποις, id est, ad: ετῶδη, carmen, canticum. Est autem accentus pronuntiandi ratio, syllabæ accidentis. Syllabarum porro, aliæ longæ, aliæ breues, et aliæ ancipites, que pro ratione quantitatis sue accuntur aliæ uel grauantur, aliæ uero circunflectuntur. Itaque tres sunt Accentus, Acutus, Grauis, Circunflexus.

Acutus sic pingitur, sicut ex sinistra parte maiuscule literæ lambda Δ.

Grauis' ex eiusdem parte dextera.

Circunflexus ex utraque Δ, aut sic α, ex superiori parte litteræ θ, qui et hoc modo ornande potius scripture, quam ullius necessitatis ergo notatur.

Notandum obiter, Græcos in assignandis Accentibus solitos esse

esse singularum dictionum syllabas ordine prepostero & retroacto supputare, nimurum incipientes ab ultima, à qua fit progressus ad penultimam, & à penultima ad antepenultimam. Ultra antepenultimam non retroagitur accentus, neque apud Græcos, neque apud Latinos. At in hoc dissident Latini à Græcis, quod Latini, ut proprium dictioni cuique assignent accentum, penultimæ syllabæ distinctionis illius quantitatem perpendunt: ut cum (dominus) penultimam habeat breuem, ideo eius accentus in antepenultimam retrabitur syllabam: dicimus ergo Bárbara, pyramidum, sileat, mirácula, mémphis: acuendo in singulis polysyllabis declinabilibus uocibus antepenultimam propter penultimam breuem, que si longa foret, Accentum perpetuò reineret: ut meditáris auéna. Veruntamen in dictionibus dissyllabis siue longa, siue breuis sit penultima (uoco autem illam Penultimam, que anteit proximè ultimam distinctionis cuiuslibet syllabam, etiam si prima sit dictionis, ut in Dissyllabis omnibus) eidem penultimæ perpetuò insidet Accentus. Exemplum de longa penultima, ut tegmine fágī, linquimus árua, lénitus in úmbra. De breui, ut déus, áqua, mánus, & reliqua cohors dissyllabarum id genus. Sole autem indeclinabiles uoces apud Latinos Accentum in ultima syllaba recipere possunt, cuiusmodi sunt, porrò, ergò, maximè, & similes. Usus tamen in omnibus frequentior præualeat. Verumen in uero ultimæ syllabæ quantitas apud Græcos expanditur, atque adeò proratione quantitatis ultimæ assignatur apud eos Accentus, nunc in eadem ultima, nunc in Penultima, nunc in Antepenultima, ut nos docebimus fusi in nostro Enchiridio ad notionem accentum. De locis autem singulis singularum accentum id interim est Prælibandum, Acutum ut pote in dictionibus tres sedes sibi uendicare, ultimam, ut θέος, ὁς enim ultima syllaba acuitur: penultimam, ut λόγος, ἥπος: antepenultimam, ut τύπος, ταράντας. Et uerè solus Acutus, sua ueluti prærogativa, antepenultime insidere potest. Siquidem

Circunflexus duas tantum sedes occupat, ultimam, ut τοιῷ : penultimam, ut βοῶται. Grauis autem, quanquam intelligitur in quacunque syllaba dictionis cuiuslibet, quae neq; acuitur, neque circunflectitur, nusquam tamen pingitur, nisi demum in ultima dictionis syllaba, tum maximè, cum νασὲ σωτηρὶα, id est, in consequentia uerborum & continuatione uocum inter se, qui acutus insidebat ultime syllabe dictionis, aliam dictionem preeuntis in structura orationis: mutatur in grauem, ut pañim contingere solet.

Acutus attollit syllabam quam afficit, ut θεός. Circunflexus tardat, ut βοῶμεν. Grauis uero, est æqualis pronunciationis tractus, communisq; tenor his syllabis, que nec acutiora sunt, nec inflexæ, ut φιλοσοφία, solum iota acuitur, reliquæ syllabe graues sunt, & ut docet Demetrius, καθ' ὄμαλοι συμόρ αὐαγνωστοῖαι, id est, leguntur seruata æqualitate pronunciationis. Et quia deforme fortasse fuerit tot apices singulis inscribere syllabis, idèo suis partibus fungens, nusquam grauis, nisi loco acuti in solis (ut dixi) ultimis syllabis, idq; in contextu orationis, ut θεός δυῶψ, id est, deus noster.

Illud præterea adiiciendum ad extreum uidetur, dictionem acutioram per se positam, hoc est, citra complexum orationis, aut etiam in clausula collocatam, quippe que terminet sententiam, acutum perpetuò retinere accentum, nec conuertere acutum in grauem, nisi in oratione perpetua continuetur cum sequentibus alijs dictionibus: sic, ἐπὶ ἀνὴρ καλὸς ἡγεμός: cum alioqui & ἀνὴρ, & καλός, & ἡγεμός, ultimas syllabas suapte natura acuant. Hunc in modum autem accentus diuidas licet, ut dicas Accentuum alios dictionum esse, alios uero syllabarum. Duo sunt accentus dictionum, acutus uidelicet & circunflexus, quorum alterutro quelibet apud Græcos dictio insignitur. Ceterum Grauis dicitur syllabicus, quia in omni syllaba esse intelligitur, que neque acuitur, neque circunflectitur. Enim uero qui accentus quibusque dictionibus debeantur, aperiemus quam poterimus

terimus luculentissimè in nostro libello de accentibus.

Spiritus duo, asper, &c. pag. 5. uersu 10.

Duo sunt apud Græcos Spiritus, Asper, siue densus, qui præfixus literis maiusculis sic<sup>c</sup> pingitur, ut in parte sinistra literæ, n, itz concinnetur. Minusculis autem præpositus sic<sup>c</sup>, ut pars sit media circuli integri, ac ueluti semilunum, cuius cornua explicentur in dexteram: pars uero gibba & circumferentia in sinistram: ut Ὀμηγος, ἄρματα. Tenuis, siue lenis cum maiusculis literis uocalibus fit ex dextera parte uocalis n, hoc modo<sup>c</sup>, cum minusculis autem sit<sup>c</sup>, ut sit pars altera circuli integri aut semilunij, cuius cornua ad sinistram: circumferentia uero, cum gibba parte ad dexteram uergant: ut Αὐθεωπος, ἀυθηφος. Hactenus exemplis comprobatum, notas Spirituum supra Vocales initiales dictionum collocari. Omnis enim dictio incipiens à uocali, uel adspiratur, ut Ἐτε-  
gos: uel tenuatur, ut ἀλιδαι. Ut autem in transitu nonnihil de pronuntiatione quoque Spirituum dicamus, quæ haud dubie silentio prætercunda minime uidetur, animaduertas licet Spiritum asperum Græcorum cum suis uocalibus haud secus proferri atque n, he litera Hebræorum cum punctis uocalibus: aut apud Latinos, h, quæ nota duntaxat est aspirationis præfixa uocalibus, ut ha, he, hi, ho, hu. Econtrario uero spiritus tenuis Græcorum profertur ut N, aleph Hebræorum cum suis motionibus sine ullo uidelicet spiritu flatu' ue denso, atque adeo hæsitante, ut in n, he, in gutture. Vel dicas Tenuem spiritum Græcorum proferri eo modo, quo Latini uocales suas sine, h, nota aspiratio-  
nis pronuntiant, ut a, e, i, &c. Nec te male habeat, studiose lector, quod finam te hoc loco ambiguum, utro spiritu insignire uocalem dictionis initialem debeas, si tibi calamo sit admo-  
uenda manus. Non enim præsentis est instituti atque operis, spirituum regulas tradere (notas & pronuntiationem duntaxat edere hoc loco in animo est) quia maius proœcto otium postu-  
lauerit, quam quod nobis in præsencia contigit. Proinde tis-

interim dum maius nanciscamur, quòd eas peculiari aliquo libello perstringamus, ipse multa frequentiq; eximiorum autorum lectione uenabere, ut eorum Spirituum usum tibi compares. Vsus enim omnium artium magister atq; architectus, rectè comparatus, eas quas expetis spirituum regulas abundè satis suggeret.

### Consonans q, &c. pag. 5. uersu 13.

q, & v, in principijs omnium dictionum perpetuò adspirantur, hoc est, notariur spiritu aspero: ut φώνη, φτώσιω, υιός, &c. Quòd si, q, in medijs dictiōibus gemineatur, prius q, tenui spiritu signatur, ne syllaba illa desinat in literam adspiratam. Nulla enim apud Græcos syllaba in adspiratam desinit: p, uero posterius, quia initium est nouæ syllabæ, idcirco perinde atque in principio dictiōnis, adspiratur: ut ταχέηστία, id est, dicendi libertas atque licentia. At q, simplex unicum'ue, in medio dictiōnis corpore neutro duorum spirituum signari debet. Cùm autem dixerim, nullam apud Græcos syllabam desinere in literam adspiratam, argutulus aliquis legis huiusc preuaricator conabitur fortasse euertere hanc nostram sententiam, atque ostendere eius, quod diximus, contrarium. Cui hoc unum uelim responsum, si contigerit duas reperiiri adspiratas in media dictiōne, ut in ἀφθονῷ, utrāq; adspiratam coniunctum pertinere ad sequentem uocalem, id quod compositiones plerūq; indicant: nam in ἀφθονῷ & priuans est, pro αὐτῷ, unde seorsum proferri debet, & non sequente adspirata: φθένῳ uero item separatum, ex quibus componitur ἀφθονῷ, id est, αὐτῷ & φθένῳ, sine inuidia, seu inuidia carens. Idem iudicium de reliquis etiam in appositione, ut νύχτιον λαβεῖ.

### Apostrophos nota est, &c. pag. 5. uersu 17.

Απόστροφος ab αὐτῷ, d: οὐέφω, uerto, unde αὐτόστροφος, auersio. Nota est detritæ seu eliæ & reiectæ uocalis à fine dictiōnis. Auersionis enim nota ponitur supra locum ablatae uocalis à fine dictiōnis, proprie initialē capitalem que uocalem sequentis

dictionis: ut ἐπί ἐμὲ, pro ἐτῷ ἐμὲ. Solent autem hoc pacto elidi quatuor Vocales, quarum in locum Apostrophi nota sufficitur, α, ε, ι, ο, & due Diphthongi apud Poëtas, αι, οι. Eliditur & η, per Apostrophum, licentia poetica, apud Homerum in catalogo nauium, ubi in exemplari Aldino sic habet: Τληπολεμος δ' ἐνὶ ἔρ τάφος ἐνὶ μεγάρῳ ἐν τάκτῳ. id est, Tlepolemus autem posteaquam educatus est in palatio affabrefacto. In quo uersu τάφος, pro τάφη positum est, ut docet uetus interpres Græcus. Notam autem Apostrophi sic describas: de pingasq; oportet, ut sit dextra pars circuli ad ultimam consonantem apposita, qua ostenditur parti orationis deesse ultimam uocalem. Ex hac autem Apostrophi descriptione constat eam tenuis Spiraculi figuram habere. Verum in hoc differunt, quod signum Spiritus tenuis in principijs dictionum à uocalibus incepitarum ponitur: Apostrophi uero nota insidet literæ finali, index uique (ut dixi) uocalis, uel diphthongi in calce reuise, ut ἀρ οὐτως.

Quæ si adspiretur, &c. pag. 5. uersu 19.

Notabis hoc loco mutam tenuem π, κ, τ, & in compositione, & in appositione manere tenuem, nec conuerti in propriam adspiratam aut uocalem capitalem sequentis dictionis affectam spiritu tenui. In appositione, ut ράντ' ἐλεγοφ: in compositione, ut νατάρατος. Quod si uocalis sequens adspiretur, tenuis muta finalis precedentis divisionis migrabit in propriam adspiratam φ, χ, θ. Quia omnis tenuis muta perpetuo concipit adspirationem sequentis uocalis: ut νύχθ̄ δλην. Et quia apposito est, non compositione, ipsa uocalis sequens suam etiam retinet adspirationē, quam in compositione perderet seu abiceret: ut in ναθάτομαι, ἀφαιρέμαι, & similibus.

ὑφερ̄, id est, subunio, nota est, qua utimur, cum duas dictiones natura diuisas coniungimus: ut δηνως ἔρ: Vel que male diuisas coniungit hoc modo, Pauca in coniuio, loquere: uel, conspiciuntur, sus, conspicitur sus.

Ἐποδιαζολὴ, id est, subdivisio, est nota, qua non coherentia discernuntur. Vel distinctio est, quæ syllabas male coherentes separat, sic, τό, τε: aliud enim significat, τότε: ὁ, τι, οὐρι.

Latini inter declinandum, &c. pag. 6. uers. 20.

Ἄρθρον Græci Articulum vocant, ετ, ut autor est Moscopulus, deducitur ab ἀρτίω, quod est, coapto, compingo, ετ cohærere facio, quòd hoc Articulo membra orationis coaptentur, cohærent inter se, ετ compingantur. Nominum prætere à ετ Casus ex Genera dignoscantur. Minutissima quidem certè orationis particula est Articulus, sed eiusmodi, ut si eam tollas, nihil aptum, nihil integrum, nihil sonaueris decens. Quemadmodum enim hec corporis nostri moles articulis roboratur, vegetatur, ετ compingitur: sic articulis, orationis partes alioqui disjuncte ετ discriminatae, compinguntur. Idioma autem Romanum articulos ignorat, quippe quod ne uoce quidem ulla Græcorum Articulum exprimere ac reddere queat. Ceterum quòd Grammatici Latini nominum declinandorum casibus præfixerunt, hic, hæc, hoc, id nec dubie docendi gratia fecerunt, non quòd Latinus sermo illos haberet articulos. Gallicus sermo articulos habet, atque adeò Græcanici articuli uim exactè noueris ex idiomate Gallico: ut si Græcus dixerit, οὐδὲν τὸ πέπος, Gallus suo idiomate sic reddet, la robe de Pierre: Romanus uero, uestis Petri, sine expressione articulorum ετ Græcanicorum ετ Gallicorum. A superiori oratione Græca exime articulos οὐ ετ τι, nihil decentius sonabis, quam si dicas Gallicè, robe Pierre, sine articulis la ετ de: id quod ineptum prorsus apud Gallos fuerit. Non perpetuò tamen Emphatica erit apud Græcos particula, Articulus, sed aliquando addetur, aliquando uero detrahetur, uenustande orationis gratia. Ut autem res ponatur ob oculos, dicemus Articulos Gallorum à nonnullis Notas casuum non omnino inepte appellari. Eas autem docendi gratia sic proponemus: Articulus masculine singularis apud Græcos est, ὁ, qui à Gallis exprimitur hac uoce, le:

ēcē, le: ut ὁ δέκατος, le seigneur: fœmineus articulus, ἡ Grecē, la, Gallicē: ut ἡ δέκα οὐρα, la dame: & in numero multititudinis utriusq; generis dicimus Gallicē, les: ut οἱ δεκαόται, les seigneurs: αἱ δεκαούραι, les dames. Galli cum Hebreis carent Articulo neutrius generis, sed pro eo utrique usurpant masculineum. Articuli autem Gallorum exprimentes articulos casus Gignendi, Græcorum habita tamen ratione generis & numeri, sunt, dc, du, des. Dandi casus, a, au, aux. & sic deinceps. Enim uero eadem fermè in omnibus est Gallis cum Græcis & constructio, & loquendi ratio. Proinde utrunque literam utpote cum altera conferas, ut ex energia unius alterius uires non ægrē agnoscas. Musa quidem certè Romana quanquam apud se superba, & elegans, tamen non perinde facile cum Greca conserri potest.

Prima est in ἀσ masculinorū, &c. pag. 7. uers. 10.

In ea fuit hæresi Clenardus, ut quorundam neotericorum opinionem sequutus, putauerit quedam nomina in ἦς prime declinationis communis esse generis: ego uero frequentiorem usum iugiter approbans, filius subscripserim opinioni Theodori Gazæ, & Demetrij Chalcondyle, aliorumq; priscorum ac primarie classis Grammaticorum, qui omnia prime declinationis nomina sive simplicia sint, sive composita, sive deriuata, sub utraq; terminacione, & uidelicet, & ἀσ, masculine esse censem, ut omnia secunda sunt fœminæ. Quod si à nominibus Prime Fœminæ deducere uelis, tu illa ex prima, que propria masculinorum tantum, deriuabis, uel in Secundam, uel in Quintam, prout nomini congruet magis & quadrabit uel secunda, uel quinta: ut ὁ δικτυός, & ἡ δικαγμία, τῆς δικαγμίας ὁ φάλτης, & ἡ φαλτεῖα, τας: ὁ τολτης, & ἡ τολτης, τολτηδον: ὁ δεκαότης, & ἡ δεκαότης, οτιδος, & δεκαούρα, οντης: τωρανοῖτης, & ἡ παρανοῖτης, τωρανοῖτης. Tu idem de reliquis iudicato atq; obseruato legendis autoribus nominatisimis.

Duala & plural. &c. pag. 7. uersu 16.

Articulus fœmineus dualis numeri est, τὰ, τῶα, pluralis αἱ, τῶαι

$\tau\omega\mu$ , &c. ubicunq; habet  $\tau$ , literam capitalem, aut supra uocalem initialem spiritum asperum, tu inde utrunque detrahito, habebis singulas  $\kappa\alpha\tau\alpha\lambda\eta\epsilon\iota\varsigma$  singulorum Casuum dualis & pluralis numeri Nominum omnium prime inflexionis. Quando ergo dicit Clenardus (conueniunt cum articulo) non possunt cum eo, nisi terminatione tantum conuenire. Iam uero oculos deflecte in elenchum declinationis, in quo ab autore prescribitur tibi formula inflectendorum per singulos & numeros & casus nominum omnium huiusc classis prime.

Finita in  $\delta\alpha,\theta\alpha,\gamma\alpha,\&c.$  pag. 8. uersu 14.

Quæ nomina secundæ inflexionis desinunt in  $\alpha$ , illa formant genitiuos mutato  $\alpha$ , in  $\kappa$ , ut  $\mu\hat{\alpha}\sigma\alpha$   $\mu\hat{\alpha}\nu\sigma\alpha$ . Excipe inde habentia  $\rho,\vartheta,\theta$ , aut uocalem diphthongum ue pro literis characteristicis : quia eiusmodi omnia retinent  $\alpha$ , finalem recti : in obliquis omnibus, immutabilem : ut  $\mu\hat{\alpha}\alpha$   $\mu\hat{\alpha}\alpha\alpha$ ,  $\alpha$ ,  $\alpha\nu$ . Reliqua exempla repetas ex Clenardo. Siquidem autem dictio omnis apud Græcos suam habet characteristicam, id est, formatiuam, figuratiuam ue: nec dubie illam uoco Characteristicam dictionis literam sive uocalem, sive consonantem, quæcumque proximè anteit uocalem illius dictionis finalē.

$\alpha$  præterea purum uocat Clenardus, quod uel uocalem, uel diphthongum ante se habet pro figuratiua. Quia omnis litera, imò & syllaba apud Græcos pura dicetur, quæ habuerit ante se uel uocalem simplicem, uel diphthongum pro characteristicā. Quod si habeat consonantem, dicetur impura.

Duala & pluralia sequuntur, &c.

pag. 8. uersu 24.

Neutra tertiae in duali & plurali sequuntur terminationem articuli neutrius generis eiusdem numeri. Mascula autem, Fœminea, & Communia sequuntur terminationem articuli masculi inter declinandum. Ex hac Tertia Græcorum declinatione fluxit

*fluxit Secunda Latinorum. Tu iam perpende elenchum formularium declinationis tertiae ab autore tibi propositum.*

**Quarta declin. Atticorum. pag. 9. uers. 8.**

Non solum Attici, sed & Dores nomina in hac quarta declinatione inflectunt, quam ex Tertia (in qua, lingua communis declinantur) in hanc Quartam, quae ipsorum est propria, deriuant, convergentes ubiq; o tertiae, in  $\omega$ , ut ex tercia confletur quarta. Reliquas mutationes Diphthongorum,  $oi$ ,  $eu$ , & Neutrorum plurallium in  $\omega$ , ex  $\alpha$ , tertiae discito ex Clenardo.

**Quinta declin. imparis. pag. 9. uersu 27.**

Cum uarie sint terminations nominum quintae declinationis, ex illis haud dubie numerosis Genitius, alioqui supra Rectum excrescens, in os perpetuo desinit. Vbi autem Genitium ex Nominativo formaueris, eiusdem Genitiui literam figuratiua perpendito. Quia quae litera Characteristica est Genitiui singularis, eadem perdurabit figuratiua in reliquis deinceps casibus, cuiuscunque sint generis nomina, & numeri: praterquam in Dativo plurali in  $\sigma_i$ , uel actu, uel potentia perpetuo desinente. Ceterum ex hac Quinta Graecorum facta est tercia Latinorum.

**Quod si tum penult. pag. 16. uersu 2.**

Quanta est penultima Dativi singularis nominum quintae inflexionis, tanta esse quantitate debet & Dativi pluralis penultima. Nam si longam penultimam, siue naturam, siue positione habuerit singularis Datius, penultimam quoque extendet Datius pluralis, eo quo docet modo Clenardus in habentibus,  $\delta$ ,  $\theta$ ,  $v$ ,  $\tau$ , pro indicibus Dativi singularis, in eoque positionem facientibus. At breuis penultima singularis Datius, breuis quoque manebit in plurali Dativo, qui tamen semper a suo singulari, eo quo docet modo Clenardus, formatur. Exempla liquido constant ex herbis ipsius autoris, tu ex eo illa expiscare.

Illa in ἡ, quæ Syncop. pag. 16. uers. 10.

Nomina in ἡ, quæ inter declinandum Syncopen patiuntur, à  
Datiuo singulari Syncopen passo, Datiuum pluralem posito σ, ante τ, formant sed ad uitandam πανοφωνίαν, quæ fit ex concursum  
tot consonantium male duriterq; inter se coherentium, interser-  
tur α. Exempla id probantia reperias plurima apud Clenardum,  
tu ex eo illa in tuum usum de promoto.

Atq; hæ quidem declin. &c. pag. 16. uers. 16.

Decem sunt apud Grecos nominum Declinationes, que diui-  
duntur in quinque Declinationes nominum simplicium, hoc est,  
simplici formula ἐτ sine ulla contractione declinatorum, et in  
quinque Contractorum nominum inflexiones: intelligas tamen  
oportet, quinque ordines contractorum ortum ducere à quinta  
simplicium inflexione: formante Genitium in ος purum, et re-  
liquos item Casus in terminationem puram. Contracta nomi-  
na sunt ea, que uel Synæresin uel Crasis patiuntur, et ob id à  
Grecis illa ἔμπαθη, hoc est, passa, seu affecta uocitanur. Alia uerò,  
que utpote superiori tradita sunt, επιλαῖ, επιπάθη, id est,  
simplici, et impassa nominantur. Et, ut quod res est, summatim  
dicam, nulla neque nomina, neque Verba dicuntur Contracta, nisi  
quatenus passa sunt uel Crasis, uel Synæresin, ita ut in Nomi-  
nibus uoces omnes incontractae sint planè Quintæ simplicium no-  
minum declinationis: ubi uero receperunt contractionem, tum  
sunt alicuius classis Contractorum nominum. Idem de Verbis  
iudicium, ut suo loco fusius aperiemus.

Est autem Synæresis duarum uocalium seruatarum in unam  
diphthongum contractio et coalescentia: ut cum ει in ει, ει in οι,  
αι in ει contrahuntur, ut ἐφει, ἐγει: λυτοῖ, λυτοῖ, γηραῖ, γηραῖ.  
Etymon autem sic habet, ut deducas à σὺν, cum: ετ αἴγεω, ετ  
per Crasis αἴρω, capio, traho.

Crasis uero, est duarum uocalium, uel uocalis et diphthon-  
gi multatarum in unam uocalem, uel diphthongum commissio: ut  
in his

In his, à ληθέος, à ληθεῖς : à ληθέα, à ληθῆ : à ληθέοιρ, à ληθεῖρ : in quibus eo in ou, et ea in u, et eou in ei inascentur et contemperantur. Dicitur autem Crasis à uerbo neφαννει, cuius Præstiratum actuum est néngava per Syncopen, pro neñēçaux, unde passiuum néκρωμαι, à cuius secunda persona uidelicet néngavai, fit uerbale κράσις, id est, mistio, σύνηντο, temperatura uel temperamentū, neγάρνυμι et neγαρνώ significat infuso, et temporo.

Animaduertes porrò, omnem et Synaresin et Crasin furi perpetuū uel ex duabus uocabilibus brevibus in longam uel uocalem uel diphthongum : uel ex breui et longa, et semper in longam. Quod si contingat longam præcedere breuim, nulla inde fiet contractio, nisi rariissime apud poetas, ut nos fusius in nostro enchiridio ad notionem Accentuum et quantitatis syllabarum. Tu reliqua exempla tibi deproinde ex Clenardo : fuerit enim non difficile præsertim industrio et ingenuè nato.

### Prima declin. &c. pag. 17. uersu 5.

Tres sunt terminaciones, quas Greci ναταλήσις vocant, nominum omnium primæ classis contractorum, nempe -ης, -ει, -ει. Notabis tamen in transitu, Neutra in -ει deduci à Communibus in -ης, atq; adeò huiusc in flexionis nomina omnia habere ε, pro Charakteristica, seu indice litera obliquorum casuum, ex qua uocali ε, et sequente uel uocali, uel diphthongo, contractionē fieri, eo quo tibi prescripsit modo Clenardus in formula contractionū nominum primæ in flexionis. Adhuc nomina que in omnibus casibus contrahuntur, δλοπαδη à Græcis dicuntur, à nomine δλος totus, τάδος affectus, passio, quod tota sint affecta, nempe in omnibus casibus contractionē recipiat, ut θραντεύς, θραντεύς : θρανδέος, θρανδέης, et ita deinceps. Que uero non in omnibus, sed in multis distractat contrahuntur, à Græcis τολυπαδη uocantur, à τολύ multum, et τάδος affectio, quod in multis, nec tamen in omnibus casibus affecta sint contractione : ut θηριοθεός, θηριοθεός ovis, et ita deinceps; in quo Nominatiuus et Vocatiuus singulares no-

contrahuntur. Idem iudicium de reliquis id genus. Sed reperiuntur nonnulla in Secunda potissimum declinatione, item in Tertia & Quarta, quæ quia in paucis casibus patiuntur contractionem, uocantur propterā δλιγοναθη̄: δλιγ̄ enim est paucus, τωδ̄ uero paſſio, quasi paucipassa, aut paucipatientia dicas.

### Secunda declin. pag. 18. uersu 8.

Secunda contractorum declinatio habet pro indice seu formatiua obliquorum casuum breue, i, ex quo ex uocali sequente semper fit Contractio in i, longum. Omnis enim syllaba contracta longa est naturā. Quod si proprietate linguae Ionicæ uerteris, i, figuratiuam in e, eandem cum Prima contractionem recipiet, sed in illis duntaxat casibus, in quibus hec Secunda contractionem admittit. Est enim de classe δλιγοναθη̄, id est, paucipassorum,

### Quinta declin. &c. pag. 19. uersu 26.

In hac declinatione due duntaxat Contractions recipiuntur, nempe in α longum, et in ω: fit enim ex uoce communis lingue uox Ionicæ, reuulsa, τ, litera characteristicā. Deinde ex uoce Ionicæ, utpote hiulca, conflatur Contractio, quæ propria est Atticorum. Et quia in hac declinatione, α, breue, litera est characteristicā uocis Ionicæ, ex qua consurgit Attica contractio, si aut i, aut ε, sequatur figuratiuam α, semper in α, fiet contractio, subscriptio tamen iota, si, α, fiat ex αi. Quod si præcedat α, et sequatur ω, aut o, siue solum siue in diphthongo, semper fit contratio in ω, subscripto tamen i, si fiat ex oi, sic ω.

### In uerborum coniug. &c. pag. 20. uers. 16.

Διαθετis, id est, dispositio[n]es uerborum, formule uidelicet coniugandi, ac figure tres sunt in uerbis Barytonis & Circunflexis, nempe ω actiuorum, μαι p[ro]ssiuorum, & μαι mediorum: ω dispositio actiuā est, id est, quedam coniugandi formula, qua per omnes modos, omnia tempora, & omnes personas facilis notio

notio est, quæ terminatio actiua sit: ut γράφω, γράφεις, γράφα, γράφσοι, ἐγράφει, dispositionis actiūe sunt, quia ex eo deducuntur. De passiuorum & mediorum dispositione itidem est iudicandum. Appellatione dispositionum Demetrius τὰ γένη, id est, genera uerborum intelligit. Sed ex hac nostra divisione dispositionum, si dispositio pro genere sumatur, palam est, aliam esse rationem generum apud Latinos, & aliam apud Grecos. Genera Latina uerbi significationem explicant: Græca uero pro dispositionibus sumpta ductum siue filum coniugationis indicant. Quod si Græcorum genera non pro dispositionibus summas, sed Latinorum more illa quatenus uerbi significationem explicant, consideres, multò plura nec dubie uerborum genera apud Græcos reperias, quam apud Latinos, at ex altera hac divisione patebit hoc modo: γένη τετραγήνια, id est, genus actuum, ut τύπω, uerbero: ταθητικό, id est passuum, ut τύπλους, uerberor: σδέτερο, id est, neutrum, ut ιγιαίω, id est ualeo: γῶ, uiuo: νοινός εἴτ' οὐ μέτρο, id est, commune, siue medium, ut βιάζουσι, id est, compello, uel compellor: εέγο uel cogor: uiolo, uel uiolor. Per se actiuum siue deponens Græce αὐτεγγήνια, & αὐτοθετικό, ut μάχομαι, id est pugno: αὐτοταθετικό, id est, per se passuum, ut πάσχω, patior: ὀλοεγγήνια, id est, omnino actiuum in uerbis neutrīs, ut ἀναβαίνω, id est, concendo. Et αὐτοδετόρο, id est, per se neutrum, ut τλαστῶ, id est, ditesco, omnino passuum, plusquam medium, seu plusquam commune: de quibus omnibus latissimè se expandit diuisio tum apud Gazam, tum apud Demetrium.

Quinta in λω, μω, νω, ρω, &c. pag. 21. uers. 21.

Quinta coniugatio habet quatuor liquidas siue immutabiles, λ, μ, ν, ρ, characteristicas Præsentis & Futuri, quæ manent in alijs quoque temporibus, non iugiter, figuratiue, sed ante ipsorum temporum figuratiuas: ut Λάλλω, Fut. Λαλῶ, ἐλάλα, ἐλαλῶ, ηλαλῶ. Merito proinde Immutabiles dicuntur,

quia non mutantur in alias consonantes, sed eadem perpetuo reuinentur: uel ita reiciuntur, ut nulla alia consonans in ipsarum locum sufficiatur. In alijs Coniugationibus secus, siquidem indices thematis uerborum prime coniugationis, π. β, φ, in Futuro migrant in ψ, Præteritum uero assumit φ, pro indice. In alijs uero coniugationibus perinde, sola Quinta excepta. Notio: Quandocunq; ο est figurativa futuri, κ est index Præteriti perfecti: ut αδω, ασω ἵνα φέρω, φέρω, τέλεσαι: ακούω, ακούσω ἵνουνται. At in quinta coniugatione, dicet aliquis, Præteritum in κα definit: nec tamen Futurum in σω: Cui respondendum, non immerito prorsus Præteritum quintæ sibi reseruasse κ, pro indice, siquidem proprietate duarum linguarum, Aeolice uidelicet & Dorice, Futurum in uerbis omnibus quintæ in σω deinceps, retenta tamen ante σω figurativa uocis linguae communis: ut φαλλω, Futurum commune φαλω, Doricum & Acolicum φαλσω: sic απέρω, απεῖω, απέστω: νέμω, νέμω, νέμσω, & ita in reliquis.

Præsens singulare τύπτω, pag. 23. uers. 14. & 15.

Præsens, quod modò fit, significat, ut λέω, id est, loquor. A Græcis uocatur ἐνεγώς χρόνος, id est, instans tempus, ab επι, id est, in: & ιγνωστο: significat enim id quod adest, quodq; præsens est, quippe actum ipsum existere, & nondum defuisse indicat.

Imperfectum, &c. pag. 23. uersu 24.

Præteritum imperfectum a Græcis ταχατερικὸς χρόνος dicitur, id est, extensiuum tempus, extenso utpote tempore in rem que agebatur nondum perfectum. Nonnulli Grammaticorum inchoatiuum modum nominant, quia id quod agitur, partim quidem præterisse, sed adhuc pendere, & quasi extensem esse significat. A ταχατεριώ, id est, extendo: ut, Cum tu rideres, plorabam.

Datiuis pluralib. &c. pag. 23. uers. 26.

Ex uerbis autoris tibi ostenditur dyntaxat lingue communi-

nis appendix. Et uero lingua Attica sit eadem, etiam ante Consonantem sequentis dictionis capitalem: ut τύπον εστι τύπος. Tergo eum canonem sic colligas, Datius pluralibus in i, desinentibus, tertii item personis quorundam uerborum aut in e, aut in i, finitis, communes quidem v, appendicem addere consueverunt sequente dictione: que incipiat à uocali: Attici uero etiam sequente consonante. Iones nunquam, quippe qui ex dictionibus ex orationibus quantumuis hiulcis gaudent, aut certe in predictis casibus ex personis i, uel e, per Apostrophon elidere solent. Et quia in mentionem Apostrophi denudò incidimus, supplenda hoc loco sunt à nobis illa, que de proprietate Apostrophi incogitantes omisimus, cum de Apostropho ageremus, nempe omnem Vocalēm, que elidatur per Apostrophum, breuem esse, etiam si de classe Bitemporearum sit. Quod si sunt diphthongi αι, οι, que natura sunt longae, et in fine dictionum ante vocalēm sequentis dictionis capitalem, anticipites, in ratione tamen Apostrophi perinde atq; in ratione assignandorum Accentuum, pro brevibus habentur, ex proinde apud poetas potissimum per Apostrophum frequentissimè eliduntur.

### Diphthōgi mutabiles, &c. pag. 24. uers. 21. &c. 22.

